R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

INDEX

LIBRORUM

AB INVENTA TYPOGRAPHIA

AD ANNUM 1500.

INDEX
LIBRORUM
AB INVENTA TYPOGRAPHIA
AD ANNUM 1500;

Chronologicè dispositus cum notis historiam typographico-litterariam illustrantibus.

Hunc disposuit Franc.-Xav. LAIRE, Sequano-Dolanus, variarum per Europam Academiarum socius.

Egregios cumulare libros præclara supellex.
Petrarcha, de remed. utriusq. fortunæ.



SECUNDA PARS.



SENONIS,
Apud viduam et filium P. Harduini TARBÉ, regis Typographos.

M. DCC. XCI.





CATALOGUS
LIBRORUM
DECIMI QUINTI
SÆCULI.
SECUNDA PARS.



Libri ab anno 1480 *ad annum* 1490, *designati sub litterâ* D.



1 Secreta mulierum et virorum ab Alberto magno composita. In-4°.

In fine sic habet: *finis hujus tractatuli venerabilis Alberti magni.*

Ultima pagina est 26 linearum; signatur ab a

ad *f iij*. Character est gothicus. Litteræ majores ligno incisæ sunt. Hujus meminit Denis, N°. 4141.

2 Liber beati Augustini de conflictu vitiorum et machinâ virtutum (*ex* 14 *foliis.*) Ysidorus de ortu et obitu Prophetarum et Apostolorum (*ex* 20 *foliis.*) Opus tripartitum de præceptis, de confessione, de scientiâ mortis, a M. Johanne de Gersono (*ex* 18 *foliis.*) In-4°. m. r.

Tria hæc opuscula, in uno volumine compacta, videntur impressa sub finem sæculi XV[i], Augustæ aut Parisiis. Cum signaturis, et sub unicâ per paginam columnâ; gothicus est character.

3 Boccace des nobles malheureux ; traduction de Laurent du Premier-fait, *et imprimé à Paris pour Ant. Verar.* In-fol. v. f.

Cum figuris miniatis. Ex 300 foliis more Romano numeratis. Editio planè diversa ab eâ *anni* 1494. Vide la Vallière N°. 5604.

4 Sancti Bonaventuræ centiloquium. In-4°.

In fine legitur: *explicit dñi Bonaventuræ centiloquium opus ꝑutile, Zuollis impressum Deo grãs.*

Operi præmittitur index. Paginæ sunt 27 linearum. Signaturæ desiderantur, et character omninò idem est ac ille *sermonum impress. Zvollis anno* 1479.

Hunc ignorarunt Maittaire et Denis.

5 Demetrii Calcondylæ erotemata item et Moschopuli ac Corinthi. In-fol. *Græcè.*

EDITIO PRINCEPS.

Calcondylas terminatur cum signaturâ τ; Moschopulus cum ί, et Corynthus cum ν.

Operi præmittitur folium corrigendorum erratorum, et terminatur volumen folio recto cum quinque lineis. Paginæ non dividuntur in columnas; optimæ conservationis est exemplar.

Volumen hoc unum est e rarissimis quinti decimi sæculi libris. Duo in hac re afferam testimonia. Maittaire, *Tom. primo pag.* 753, ait: *unum hujus rarissimæ editionis exemplar vidi*

in præsignissima Comitis de Sunderland bibliotheca etc. etc; et Arvood et Pinelli, in *prospetto de prime e varie editioni d'autori classici*, ubi legitur pag. 123, edit. Venetæ 1780: *e questa la prima editione che si conosce fatta in Milano entro al secolo XV libro rarissimo e di gran prezzo.* Vide Saxium *in biblioth. litterar. Mediolanensi, Tom. primo pag. DCXI*, et Debure N°. 2220. *bibliogr. instr.*, ubi duo tantùm huc usque exemplaria cognita recenset. Extabat aliud apud Crevenna, et apud Pinelli N°. 7154.

6 Roberti de Litio opus quadragesimale. In-fol.

In fine folio recto legitur :... *opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est finit feliciter.*

Absque signaturis, numeris et custodibus. Paginæ sunt 44 linear., et ultima 42. Character gothicus, et ex genere quo Basileæ Wensler utebatur. 14 folia præcedunt textum auctoris.

7 Sermones per adventum domini, cum multis aliis inclusive magistri Roberti de Litio (Caraccioli.) In-fol.

Huic etiam inhæret :

Dominicus Bollanus de Conceptione.

* Terminatur folio verso cum primâ columnâ, his verbis charactere minuto : *Deo gratie infinite*; et cum signaturâ *p* 4.

8 Epistola Johann. Chrisostomi ad Cyriacum Ep̄um et Exulem. Quinque et vigenti sermones morales. Epistola ad Theodorum Monachum. In-fol.

Character gothicus. Folia signantur numeranturque et sunt XL. Columna ultima ex 17 lineis.

9 Les croniques du très-chretien et très-victorieux Loys de Vallois feu Roy de France., que Dieu absolve, onzième de ce nom, avecques plusieurs autres adventures advenues tant en ce royaume de France comme ès pais voisins, depuis l'an 1460 jusqu'en l'an 1483. In-fol. (*Lettres bâtardes et à longues lignes.*)

Terminatur cum signaturâ *k* 5. Prima editio libri *cronique scandaleuse.*

10 Sancti Cyrilli apologieticus quadri-

partitus, seu speculum sapientiæ. In-4°. m. r.

Pagina prima habet 25 lineas et ultima 23; cæteræ verò plenæ 26. Terminatur sic: *hoc sibi messis erit cū dicit ite, venite.* Character gothicus, et ex genere illius quo Basileæ Richel utebatur. Absque signaturis.

11 Dialogus Salomonis et Marcolfi. In-4°.

Pagina prima viticulis ornatur cum unâ figurâ ligno incisâ; signatur ab *a* ad *b iij*. Character gothicus, circa annum 1483.

12 Sanctus Dionisius Areopagita de Celesti Hyerarchiâ. De divinis nominibus. De mysticâ theologiâ; et ejusdem epistolæ, quas emendavit, et cum Græco contulit Ambrosius Camaldulensis in monasterio Fontis Boni anno 1436. In-fol. m. r.

In fine legitur: *impressum Brugis per Colardum Mansionis.* Et sequuntur insignia hujus Typographi. Folia nec numerantur nec signantur, sed sunt numerato indice 97.

13 Rationale Durandi. In-fol. m. r.

Cum secundâ columnâ terminatur his verbis: *Deo gracias*. Et hæc habet 60 lineas, sicut cæteræ omnes. Caret signaturis, numeris et custodibus. Character autem Basileensis et Richelii esse videtur.

14 Eruditorium penitentiale cuilibet Xtiano necessarium. In-4°. m. r.

Cum figuris ligno incisis et miniatis. Terminatur cum signaturâ *k iij*. Vide la Vallière N°. 644.

15 Lucii Flori gestorum Romanorum epithoma cum epistolâ Philippi Beroaldi. *Per me Mgrū3 Sigismūdū Rot. d Bit3 impssorē ī senis*. In-4°.

Beroaldus in suâ epistolâ dicit : *quapropter cum ego nuper rogatu Henrici Coloniensis Senis impressoris solertissimi L. Florum curiose diligenterque emendassem. Tuo eum nomini dicare constitui, ut in mille exemplaria transcriptus testimonium quotidie exhibeat*, etc.

Character est gothicus ; et terminatur cum signaturâ *g* 3. Vide la Vallière N°. 4870.

Henricus de Harlem Bononiæ anno 1482,

deindè Senis imprimebat anno 1490, et Lucæ 1491; et eodem anno in Castello Nozano propè Lucam : fueritne idem cum Henrico Coloniensi Typographo Senensi, de quo loquitur Beroaldus in præfatione? Verisimile est, cùm hoc anno 1492 Henricus de Harlem typis suis mandaverit Senis, Mariani Sozini *repetitionem sup. titulo de lite contesta.*

16 Francisci Florii Florent. de amore Camilli et Æmiliæ Aretinorum ad Gulielm. Tardivum libellus editus in domo dom. Archiepiscop. Turonens. anno 1467. Item opusculum de duobus amantibus ex Italiano Boccacii in Lat. translat. per Leonard. Aretinum. Item libellus de duobus amantibus Eurialo et Lucretiâ per Æneam Sylvium. In-4°. m. r.

Duo priora sub eodem signaturarum ordine terminantur cum *E*. Tertium verò, licèt ex eodem charactere, non signatur. Prima pagina constat 29 lineis et ultima 26. Character gothicus. De Francisco Florio, vide Leichius in *supplem. Maittairiano pag.* 123. Voluere nonnulli occasione hujus libri, ab anno 1467, Turones adventasse artem Typographicam.

17 Il quatriregio del Federico (Frezzi) Vescovo della citta di Foligno. In-folio, veau brun.

In fine legitur : *con somma diligētia emēdato impresso ĩ Firenze* (circa 1481.)

Aut illa Perusina *anni* 1481, aut hæc copia est alterius ; verbo enim ad verbum, exceptis abbreviationibus, sibi assimilantur.

Hujus character est rotundus. Folia signantur. Præcedunt quatuor folia indicis, in quo, sicut in alterâ folia supponuntur numerata, licèt non sint. In Perusinâ litteræ principales inciduntur, non verò in Florentinâ; tantæ raritâtis est hæc quàm alterâ.

18 Joh. de Gersonio tractatus de pollutione nocturnâ ; an impediat celebrare, an non, et de cognitione castitatis ac pollutionibus diurnis. In-4°. v. fauve.

Pagina prima ex 33 lineis, et ultima ex 17, et ex 18 foliis signatis. Huic unitur :

Guillermus Parisiensis de beneficiis.

In hoc autem paginæ in binas columnas dividuntur. Ultima ex 35 lineis ; desinit hoc verbo : *Belzebut*, utriusque idem est character gothicus.

19 Giov. Gerson della imitatione di Cristo e del dispregio del mundo. In-4°.

Sine loci et anni notâ ; sed videtur impress. Florentiæ, circa 1490. Finit cum signaturâ *p ij*, et tria præcedunt folia indicis.

20 Gregorii Papæ dialogorum libri IV. In-folio. m. r.

In fine columnæ ultimæ legitur : *explicit liber quart⁹ dialogorū Gregorii.* Caret signat., num. et custod. Columnæ habent 38 lineas. Duo præmittuntur folia indicis, cum epitaphio sancti Gregorii.

Editio circa annum 1480.

21 Le livre des faits d'armes de Bertrand du Guesclin. In-fol.

Goth. cum figuris ligno incisis. Terminatur cum tertiâ columnâ his verbis : *cy finist le livre des faits de messire Bertrand du Guesclin Chevalier jadis Connestable de France et Seigneur de Longueville.*

Deest folium unum in signaturâ *a.*

22 Hortus Sanitatis. In-fol. m. r. De Herbis et Plantis.

De Animalibus et Reptilibus.
De Avibus et Volatilibus.
De Piscibus et Natatilibus.
De Lapidibus in terre venis nascentibus.
De Urinis et earum speciebus.
Tabula medicinalis cum directorio generali per omnes tractatus.

Talis est titulus qui legitur folio primo recto. Una est editio facta post Moguntinam, sed huic longè inferior est quoad characterem et quoad figuras; hancque ultimam suspicor impressam Basileæ aut Argentinæ circa 1490; sed caret omni charactere anni aut loci. Ultima signatura indicis generalis est *ee iiij.*

23 Juvenalis cum commentar. Domitii Calderini.

Persii satyræ cum commentar. Bartholom. Fontii. In-fol. m. r.

Juvenalis terminatur cum signaturâ *p iiii*, et Persius cum signaturâ *e ii.* Character est gothicus.

24 Legendæ Sanctorum Regni Hunga-

riæ in Lombardicâ historiâ non contentæ. In-fol. v. f.

Terminatur cum signaturâ *e iiii.* Character gothicus. Editio videtur Argentinensis.

25 Incipit libellus de ludo schaccorum, et de dictis factisque nobilium virorum, philosophorum et antiquorum. In-4°. m. verd.

In fine folio recto legitur: *explicit tabula super ludum schacchorum, Deo gracias.* Terminatur cum signaturâ *h.* Ultima pagina ex 15 lineis, et cæteræ ex 29. Character gothicus; circa annum 1480 videtur editus. Beyer qui in *memoriis libror. critico-rariorium* exhibet seriem auctorum qui *de ludis* tractaverunt, hunc ignoravit.

26 Il Lucidario dialogo tra il mæstro e il discepolo. (*Honorii Augustodunensis.*) In-4°. veau fauve.

Character elegans videtur Florentinus, circa 1480. Terminatur cum signaturâ *f.* Haym non novit hunc; sed vide Pinelli, Tom. IV, pag. 31, et Denis N°. 5273. Rarissima ap-

pellatur hæc editio N°. 539 catalogi Crevennæ.

27 Itinerarius a terrâ Angliæ in partes Jherosolimitanas et in ulteriores transmarinas, editus primò in linguâ Gallicana a milite suo auctore anno incarnat. domini 1355 in civitate Leodiensi et paulò post in eadem civitate translatus in hanc formam Latinam. In-4°. m. r.

Columna quarta et ultima sic habet: *explicit itinerarius domini Johannis de Mandeville militis.*

Terminatur cum signaturâ *i iij*. De auctore et ipsius operâ legitur in *chronicâ summ. Pont. impr. Romæ* 1476, folio 58, quod regnante Carolo IIII imperatore, Johannes Mandeville, doctor medicinæ et miles in armis natione Anglicus. fuit, circa hæc tempora, et mirabilem peregrinationem quasi totius mundi perfecit, eamque tribus linguis scripsit. Fuit sepultus Leodii.

28 Jacobi Magni sophologium. In-4°. m. r.

Solito versu terminatur: *mille voluminibus clauditur hoc opere*; character gothicus. Pagina

ultima ex 30 lineis, et cæteræ ex 34 et 33; cum signaturis.

29 Marci Manilii Astronomicon libri V. In-4°.

In fine folio recto legitur: *Marci Manilii astronomicon liber quint⁹ et ultim⁹ finit.*

Terminatur cum signaturâ K iij. Hujus memoratur Pinelli pag. 207. Editionem *Manilii* principem et ignotam præcipuis bibliographis, mihi videre contigit Venetiis apud dominum Schwaier, cujus forma est in-4°. minori. In ejus fine legitur: *in officinâ Joannis de Regiomonte habitantis in Nuremberga oppido Germanie celebratissimo.* Character idem est ac *nostri calendarii*, in cujus fine legitur: *ductu Joan. de regiomonte*, vide hunc, pag. 156 N°. 135. Hujus character est rotundus ac elegans. Litteræ principales incisæ sunt; nec paginæ in columnas distribuuntur.

30 Margarita decreti seu tabula Martiniana edita per Fratrem Martinum ordinis Prædicatorum domini Papæ penitentiarium et Capellanum. In-fol.

Terminatur cum signaturâ *V* 2, et character est gothicus.

31 Macri philosophi liber de viribus herbarum. In-4°.

Terminatur folio verso sic:

FINIS.

Herbarum varias quivis cognoscere vires
Macer adest disce: quo duce doctus eris.

Character gothicus, cum figuris et signaturâ ultimâ *g ij.* Libri hujus editio prima fuit Neapolitana *anni* 1477. De auctore sicut et de nostrâ editione vide Freytag *apparat litter. Tom. primo pag.* 104.

32 Missale vetus. In-fol.

Folia signantur, numerantur et sunt CLIIII, et sequuntur *passiones in hebdomade sacrâ decantandæ*, quarum cantus imprimitur.

33 Ludovici Pretini de Puppio commentaria in Priapeio Virgilii, aliaque opuscula critica. In-fol.

Absque loco et anno, sed circa 1490. Terminatur opus cum signaturâ L iij.

34 De Lamiis et Phitonicis mulieribus tractatus ad Sigismundum Archiducem

Austriæ & per Ulricum Molitoris de Constantiâ editus. In-4°.

In fine legitur : *accipe igitur gloriosissime princeps hanc disputationem hujus tractatus........ vale colendissime princeps ex Constantia anno dñi* M. CCCC. LXXXIX , *die decima mensis Januarii*, *tue celsitudinis humilis consiliarius Ulricus Molitoris de Constantia*, etc.

Immeritò ergo Debure N°. 1407, sicut catalog. la Vallière N°. 1421, editionem hanc Constantiæ impressam adscribunt, sicut observavit abbas de St Leger, *supplem. à Marchand*, pag. 107.

Editio gothica; ex foliis XXII sic numeratis, cum figuris ligno incisis. Terminatur folio recto cum 29 lineis. De hoc vide Lackman, *annal. Typograph. selecta capita pag.* 109.

35 Ulricus Molitor de Lamiis et Pithonicis mulieribus. In-4°. m. citron.

Cum figuris ligno incisis et miniatis. Paginæ sunt 34 linearum, et ultima 31. Character gothicus; ex 27 foliis. Terminatur etiam folio verso cum iisdem verbis : *vale*, *ex Constantia anno* 1489.

36 Epistolæ Eneæ Sylvii Pii Papæ II, in Cardinalatu editæ. In-4°.

Terminatur

Terminatur folio verso his duabus lineis : *finiunt epistolæ Enee Silvii Piccolominei qui et Pius secundus fuit in Cardinalatu edite.*

Character quadratus, et in fine extat registrum quaternionum. Caret signaturis, numeris et custodibus. Pagina ultima ex 21 lineis, aliæ verò ex 27; ex 112 foliis. Editio videtur prodiisse Romæ.

37 Benedicti de Nursia libellus de conservatione sanitatis. In-4°.

Character gothicus. Terminatur folio recto cum registro duernionum. Caret signat., et paginæ habent 33 lineas.

38 L'ordinaire de Chrétiens. *Imprimé à Rouen en l'Hôtel Noël de Harsy, imprimeur*, etc. In-fol. avec figures.

PRIMA EDITIO. Ultima pagina 33 linearum.

Character est minutior illo secundæ, impressæ etiam Rothomagi, in *lettres bâtardes*; terminatur cum signaturâ *t iij.*

39 L'ordinaire des Chrétiens. *Imprimé à Rouen à la requeste de Jean Richard* (*circa* 1490.) In-fol. m. r.

Constat ultima pagina 35 lineis; et character

grandis in genere quod *lettres bâtardes* appellant.
Cum figuris ligno incisis, et cum signaturâ *s iij* terminatur.

40 Tractatus de diversis materiis indulgentiarum et Jubilei per Joan. Pheffer et Joan. de Anania. (*circa* 1480.) In-fol. m. r.

Character gothicus; cum signaturis; columna secunda constat 43 lineis.

41 Francisci Philelphi consolatio ad Jacob. Anton. Marcellum de obitu Valerii filii. Idem in rhetoricam Aristotelis. Idem in apophtegmata Plutarchi.

Ejusdem orationes nonnullæ aliaque opuscula. Galeni medici introductorium ad medicinam, ex versione Georgii Vallæ. In-4°. m. verd.

Omnia hæc absque anni et loci notâ.

42 Philelphi epistolarum libri 16. In-4°. m. r.

Ex charactere rotundo; cum signaturis. Ultima pagina folio recto habet 16 lineas, et terminatur cum signaturâ *l v*.

43 Philelphi epistolarum libri 16. In-4°.

Gothicus, ex 227 foliis numeratis more Romano.

44 Heptaplus Joa. Pici Mirandulæ de septiformi sex dierum Geneseos enarratione ad Laurent. Medicem. In-fol.

Præest epistola Roberti Salviati in quâ dicit se propriis expensis curasse imprimi. Character elegans. Paginæ habent 29 lineas et ultima 9. Folia signantur; et Florentiæ videtur impress. circa 1480.

45 Æneæ Silvii Picolominei qui et Pius secundus fuit, epistolæ in Cardinalatu editu: *lege fæciliter.* In-4°.

Ita incipit, et sic posteà terminatur: *finiūt epistole Enee Silvii Piccolominei qui et Pius secundus fuit in Cardinalatu edite.*

Terminatur folio verso cum 29 lineis. Cæteræ verò paginæ habent 31, et ultima signatura est *n.* Editio etiam Romæ prodiisse videtur ex charactere Stephani Planck, circa 1480.

46 Poggi Florentini facetiæ. In-4°. m. r.

Paginæ habent 26 lineas, et ultima 11. Absque signaturis.

Character videtur Bononiensis Joh. de Nordlingen, circa 1478.

47 Plinii epistolæ. Trajani panegyricus, et liber virorum illustrium. (*circa* 1480.) In-4°.

Curante Anton. Moreto. Terminatur cum signaturâ *c iij*, et cum 6 versibus liber virorum illustrium; character est rotundus, et paginæ ex 38 lineis.

48 N. de Saliceto antidotarium animæ. *Impr. in universitate Lovaniensi in domo Joannis de Westphaliâ.* In-fol. m. r.

Ultima columna ex 35 lineis. Folia signantur et numerantur sic: CCLXXVI. Character gothicus.

49 Quinti Sereni Sammonici carmen heroicum hexametrum prebens precepta de medicinâ parvo pretio parabili, ex editione Sulpitii Verulani. In-4°.

Constat 25 foliis. Præmittitur epistola Sulpicii

cum quatuor versibus, quorum primus sic: *en tibi Phœbei revirescit musa sereni* etc., et opus terminatur registro codicum, et folio uno mendorum corrigendorum. Caret signat.; character Romanus.

Editionis hujus memoratur Fabricius *Biblioth. Latinâ lib. III. cap. V.* Pater Audiffredy, pag. 379 unam refert editionem quam Romanam existimat, sed ab hac diversam, cum 16 tantùm foliis eam constare affirmet. Editio hæc videtur ad annum 1486 posse referri, primaque potest appellari.

50 Sebundii liber creaturarum. In-fol. m. r.

Absque loci et Typographi nomine. Folia signantur et numerantur; ultimum habet erroneè CCLV pro CCLXVI. Editio videtur Argentinensis.

51 Guillel. Tardivi Aniciensis grammatica et rhetorica cum comment. (*Impr. Paris circa* 1480, *Petrus Cæsaris.*) In-4°. m. r.

Prima pars signatur cum secundâ, et finit cum *p*, et tertia cum *g*. Paginæ integræ habent 34 lineas.

52 Speculum morale Vincentii Bellovacensis. In-fol.

Folium ultimum terminatur cum unicâ columnâ 56 linearum, quarum ultima sic habet: *speculum morale finit.* Cæteræ columnæ habent 56 lineas. Caret signat., num. et custodibus. Character pertinere videtur ad Ulricum Zell Typographum Coloniensem.

53 Vincentii Bellovacensis speculi naturalis libri 33. (*circa* 1483.) In-fol. maximo.

Character pertinere videtur ad Joannem de Amerbach Basileensem Typographum. Caret signat., num. et custod. Columnæ pro solito habent 69 lineas.

Ejusdem auctoris extat alia editio *speculi historialis*, ex eodem ferè charactere ac *anni* 1473; sed absque anni notâ, loci et Typographi, et sinè signaturis: cujus columnæ integræ constant 67 lineis.

54 Viola sanctorum. In-fol.

Terminatur folio recto cum 15 lineis, quarum ultima sic habet: *finit viola sanctor. feliciter.* Vide la Vallière N°. 4114, ubi describitur;

sed paginæ non ex 31, sed ex 30 tantùm constant lineis; et ultima ex 15.

55 P. Ovidii Nasonis metamorphoseon libri cum commentar. Raphaelis Regii. *Ejusdem* Ovidii libri tristium cum comment. Bartholomei Merulæ. *Impress. Venetiis per Bernardin Benalium.* (*circa* 1480.) In-fol. veau brun.

Pars secunda constat LXIX foliis sic numeratis.

56 Leonardi de Utino sermones de sanctis. In-fol. m. r.

Pagina prima prologi est 38 linearum et ultima 22; absque signaturis. De eâ videtur agi N°. 689 catalogi la Vallière, et Crevennæ N°. 681.

2 * La vita del Beato Giov. Colombini composta per feo Belcari et mandata al Magnifico huomo Giovan di Cosimo de Medici. *Finis. Deo gratias Amen lodato sia Jesù Cristo finit per me Nicolaum Florentiæ.* In-4°. m. r.

Terminatur cum signaturâ *o ij.*

4 * Le livre du Décameron ou Boccace des cent nouvelles, translaté en François par maistre Laurent du Premierfait. *Imprimé à Paris pour Anthoine Vérard*. In-fol. in pergamenâ, relié en velours avec fermoirs en cuivre doré.

Ex 177 foliis et suprà centum figuris miniatis. Exemplar eximiæ elegantiæ. Editio originalis gallica, de quâ vide Debure N°. 3714, et la Vallière N°. 3930.

8 * Ambrosii Choriolani Gen. Augustianorum, defensorium ordinis Heremitarum Sancti Augustini responsivum ad maledicta Canonicorum regularium ad Sixtum IV. In-fol.

Character Romanus. Paginæ constant 34 lineis. Editio hæc prodiit Romæ (1481) typis Georgii Heroldt; continet etiam *vitam Sancti Augustini*, quosdam ipsius *sermones* et *chronicon ordinis Sancti Augustini*, etc. etc. Caret signat., num. et custod.; sed habet registrum. Vide Audiffredy pag. 389.

Libri sub anno 1480.

1 Summæ confessionis Fratris de Asti ordinis minorum ex editione novâ Bartholom. de Bellat de Feltro. *Impr. Venetiis Leonard. Wild de Ratisbonâ* 1480 *die* 28 *Aprilis*. In-fol. gothic. v.

2 Summula confessionis domini Antonini Archiepiscopi (*defecerunt.*) In-4°.

In fine legitur : *explicit........... impendio Johannis Colonie Agrippinensis Joannisque Manthen............. Venetiis impressioni dedita est Calend. Aprilis anno salutis dñice* 1480.

Character gothicus, cum signaturis et registro. Vide Denis N°. 786.

3 Concordantiæ magistri Petri de Bergomo ordinis Prædicatorum in quibus Sanctus Thomas de Aquino quandòque videtur sibi contradicere superficialiter eum legentibus..... *Impresse Coloniæ per Arnoldum Therhornen anno dñi* M. CCCC LXXX. In-fol. m. r.

Cum signaturis.

4 Bartholomei de Chaimis confessionale. *Impressum sub anno domini milles. quadring. octuagesimo die verò trigesimo primo mensis Maij.* In-4°.

Ex charactere gothico, absque signaturis, custodibus, etc.

5 M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum. *Impr. per Philipp. Condam Petri, Venetiis regnante Joan. Mocenigo præfecto duce* 1480, *die 6 Novembris.* In-fol. m. r.

6 M. T. Ciceronis epistolæ familiares cum comment. Accursii Pisani et Hubertini Crescinatis. *Impress. Kal. Quintilibus anno a natali christiano* 1480 *Venetiis.* In-fol. vélin.

7 M. Tullii Ciceronis Tusculanæ questiones. *Impr. Venetiis Philippus Conda Petri* 1480 *die XVI Septembr.* In-fol.

8 Liber cui titulus Corona senum (Joan. a Deo ordinis Carthusiensis.) In-4°. m. r.

In fine legitur : *actum quoque hoc opus ex inclyta famosaque officina Nicolai Jenson Gallici anno dominicæ nativitatis* M. CCCC LXXX *quintas Nonas Julias.*

Character Romanus et elegans ex 23 foliis signatis. Auctor hujus opusculi idem est ac libelli celebris dicti *Decor puellarum.* Joan. a Deo erat Carthusianus Venetus. Vide Theodori Petrei *Biblioth. Chartusianam*, pag. 160, et *epistolam Patris Frabricy Dominicani ad abbatem Mercier anni* 1780.

9 Cronica quæ dicitur fasciculus temporum (Vernerii Rolevinch Carthusiensis.) *Impressa Venetiis curâ impensisque Erhardi Ratdolt de Augustâ anno dom.* 1480, *die* 24 *mensis Novembris.* In-fol. m. r.

Cum figuris ligno incisis. Folia non signantur sed more Arabico numerantur et sunt 88.

Extabat apud Pinelli N°. 3122.

10 Dialogus Creaturarum optime moralisatus. In-fol. m. r.

In fine legitur : *Presens liber dialogus Creaturarum appellatus jocundis fabulis plenus par Gerar-*

dum Leev in oppido Goudensi inceptus munere dei finitus est anno dom. milles. quadring. octuagesimo mensis Junii die tertia.

Cum figuris et signaturis; vide *diction. historique de Prosper Marchand, Tom. secundo, pag.* 24

11 Dionisii Halicarnassei antiquitatum libri ex versione Lampi Biragi. *Impress. Tarvisii Bernardin Celerius de Luere* 1480, *bissexto Kl. Martias.* In-fol.

EDITIO PRINCEPS.

Vide Debure, N°. 4796. Caret signat., et numeris; sed habet custodes.

12 Flos vitæ seu de præparatione infirmorum. *Venetiis Jenson* 1480, *decimas quartas Kl. sextiles.* In-4°.

Terminatur cum signaturâ *g* 4. Character eximius et elegans. Est registrum foliorum. Auctor hujus est Joannes Carthusiensis Venetus. Vide Denis N°. 804, et Pinelli N°. 823. Vide ejusdem libellum cui titulus: *corona senum.*

13 Francisci Gafori Laudensis de effectibus et commendatione musicæ. *Nea-*

poli per mag. Franciscum de Dino Florentinum anno 1480, *die* 8ª. *Octobris regnante rege Ferdinando ejus regni* 23. In-4°.

Editio princeps. Absque signat., num. et custod.; sed cum figuris et registro quaternionum. Duo folia posteriora lacerata sunt. Maittaire, pag. 406, malè hunc descripsit. De hoc vide abbatem St Leger *supplem. à Marchand* pag. 97.

14 Bartholomæi Anglici (de Glanville) de rerum proprietatibus libri 19. *Impr. Venetiis per Nicol. Pistoris de Bensheyn et Marc. Reynardi de Argentinâ socios sub ann. dom.* 1480, *die vero Julii* 29. In-fol. goth.

15 La vita del glorioso Sancto Hieronimo doctore excellentissimo. *Impressa in Treviso per lo diligente homo mæstro Michele Manzolo da Parma nel anno* M. CCCC LXXX *adi* 29 *di Marzo*. In-4°.

. Folia signantur. Una est reimpressio editionis *anni* 1475. Paiton *Bibliotheca degli auctori Volgarizati* erroneè scripsit : *adi* 28 *di Marzo*.

16 Josephi Machaciæ filii Hebræi genere sacerdotis de bello Judaico libri 7.

Ejusdem de antiquitate Judæorum contra Appionem libri duo ex interpretatione Ludovici Condratæ Veronensis.

Impressum Veronæ Petrus Maufer Gallicus 1480, *octavo Kal. Januarii.* In-fol. m. r.

Folia signantur, et in fine extat registrum signaturarum et quinternionum. Character elegans et quadratus. Vide Debure N°. 4700.

17 Jun. Juvenalis satyrarum libri cum comment. Domit. Calderini. *Vicentie per magist. Henricum librarium* 1480. In-fol. veau fauve.

Huic annectuntur:

Persii satyræ. *Impr. anno* 1481.

18 Constantini Lascaris grammatica Græca cum interpretatione Joan. (Crestonis) Monachi Placentini, edita per bonum Accursium Pisanum. *Impress. Mediolani III Kal. Octobris* 1480. In-fol. Grecè et Latinè. liber rarissimus.

In hoc desiderantur signat. *b*, et folium ultimum.

19 Manipulus Curatorum Guidonis de Monte Rocherii; *per Joh. de Nerdlingen feliciter impressus sub anno incarnātois 1480 dñi die vero VIII Aprilis.* In-4°. v.

Ex charactere gothico. Folia signantur tantùm.

20 Guidonis de Monte Rocherii liber qui manipulus Curatorum inscribitur. *Impressus in civitate Gebennensi per magistrum Adam Steynschauwer de Schuinfordia anno dom. milles. quadring. octuagesimo die vero vicesima nona mensis Marcii.* In-4°. m. r.

Sine signat., custod. et num. Charact. idem est quo *Eximenes anni* 1478. Vide Denis N°. 858 et la Vallière N°. 617.

21 Francisci Nigri Veneti grammatica. *Impr. Venetiis Theodorus Francus* 1480. In-4°. m. verd.

In fine legitur :

Santriter Helbronna genitus de gente Joannes
Lucilius : prompsit grammata docta Nigri

Herbipolis que satus: socio sudore lacunis.
Hoc Venetus Francus.... Theodorus opus.

Anno salutis M. CCCC. LXXX, *XII Calendis Aprilis impressum est hoc opus Venetiis duce virtute, et comite fortuna.*

Editio elegans et rarissima. Extabat apud la Vallière N°. 2189.

22 P. Ovidii Nasonis libri metamorphoseon edente bono Accursio et cum ejus epistola ad Cicchum Simonettam. *Vicentiæ Hermanus a Levilapide anno* 1480 *pridie idus Augusti.* In-fol. m. v.

Vid. Debure N°. 2749. Ovidium ab anno 1471. Bononiæ Balthasard Azzoguidi impresserat; et de novo, ex eodem ferè charactere, id præstitit anno 1480; sed folia signantur in hac ultimâ, non verò in primâ.

23 Platina de honesta voluptate et valetudine ad ampliss. ac doctiss. D. B. Roverellam S. clementis presbyter., Cardinalem. *Impressum in civitate Austriæ impensis et expensis Gerardi de Flandria. Venetiarum duce inclito Joh. Mocenico nono Kal.*

Kal. Novembris M. CCCC. LXXX. Laus omnipotenti Deo. In-4°.

Character gothicus; absque signat., num. et custod. De libro hoc rarissimo vide Pinelli N°. 1872. Maittaire pag. 405, cum Arrhisio existimavit editionem hanc prodiisse Viennæ in Austriâ, sed temerè. In *nuove memorie per servire a la storia letteraria, stampat. in Venetia anno* 1759, *pag.* 272, legitur: *la citta d'Austria ove fu stampato questo libro dy Platina chiamamo oggi civita del friuli dove duo altri libri sono stati stampati: cronica di sto ysidoro minore, e le epistole di Cicerone.* De quo etiam vide Liruti, *Tomo primo de letterati del friuli, pag.* 203; de Typographo vide *Phalaridis epistol. anni* 1471, *Tarvisii.*

24 Liber creaturarum seu de homine (Raimondi Sabundii.) *Impress. Daventriæ per Richard. Paffroed.* In-fol.

Ultima columna est 38 linear., sed deesse videtur folium unum.

25 Speculum aureum animæ peccatricis a quodam Carthusiensi. *Impress. Parisiis Udalricus Gering et G. Maynal anno*

salutis 1480, 29 *Aprilis*. In-4°.

CHARACTER ELEGANS.

26 Joan. de Turrecremata potestas pape et concilii. *Impr. Coloniæ Henricus Quentel* 1480, *quinto idus Septemb.* In-folio.

Folia signantur methodo particulari, non additis numeris, sed progressivè crescentibus litteris alphabeticis sic : folio primo *a*, secundo *aa*, tertio *aaa*, etc.

27 Laurentii Vallensis viri clarissimi elegantie ad breve quodda3 ac perutile redacte compendium. *Rome in domo quondam magistri Udalrici Galli Barbati impress. Sixto IIII Pon. max. seden. anno ejus nono*. In-4°.

In fine legitur:

Abstulerat Latio multos Germania libros
Nunc multo plures reddidit ingenio
Et q̄ vix toto quisq3 perscriberet anno
Munere Germano conficit una dies.

Character pertinere videtur ad Stephanum

Planck anno 1480. Præmittitur *epistola Boni Accursii Pisani ad Simonettam*, quæ in prioribus editionibus etiam extabat. Stephanus Planck impressit in domo, in quâ priùs Ulricus Gallus impresserat.

Caret signaturis, num. et custod.; sed habet registrum quaternionum.

28 Regimen sanitatis Salernitanum a magistro Arnaldo de Villanova Cathalano veraciter expositum ac noviter correctum et emendatum per Doctores Montispessulani regentes anno 1480, predicto loco actu moram trahentes. In-4°.

Terminatur cum signatura *l* 5; et paginæ habent 34 lineas.

Libri sub anno 1481.

1 Isagoge Porphirii ad predicamenta Aristotelis. Libri topicorum Aristotelis et textus logicales. In-fol.

In fine legitur : *expliciunt textus logicales Aristotelis Venetiis impressi per Philippum Venetum bona diligentia correcti anno dom. milles. quadringent. octuagesimo primo, vigesima quinta die mensis Octobris.*

Editio princeps, cujus character est Venetus.

2 Declaratio Compendiosa per viam divisionis Alfarabii super libris rhetoricorum Aristotelis. *Impress. Venetiis per magistrum Philippum Venetum anno sal. milles. quadring. octuag. primo. die* 22°. *mensis Junii*, etc. In-fol. m. r.

3 L'arbre des batailles (per Honorat. Bonnor.) In-fol. m. r.

In fine legitur : *cy la fin de ce présent livre intitulé l'abre des Batailles, imprimé à Lyon l'an mil* CCCC. LXXXI, *et le* 24 *jour de Décembre.*

4 Biblia Sacra Latina. In-fol.

In fine legitur : *explicit Biblia impressa Venetiis per Leonardum Wild de Ratisbona* M. CCCC. LXXXI. Character gothicus , cum signat. et registro.

5 Epistolæ Sancti Bernardi. In-folio. m. r.

In fine legitur : *explicit insigne opus epistolar. Beati Bernardi primi Clarevall. abbatis in īclito Bruxellensium ducatus Brabantie oppido impressum ac anno dom̄.* 1481 , *tertio Ydus Aprilis in festo Sancti Leonis primi pape feliciter terminatum.*

Sequitur index quatuor foliorum. Epistolis præest folium cujus verso leguntur 28 lineæ tantùm impressionis , quarum prima sic habet : *miraculum de prima epistola.* De hac editione , vide catal. la Vallière N°. 518. Compingitur unà cum sequenti :

Sancti Bernardi sermones.

In fine legitur : *expliciunt sermones de tempore et sanctis impressi Bruxellis insigni oppido ducatus Brabantie anno* 1481 , *alme Penthecostes in profesto.* Et sequuntur duo folia indicis. Accuratam descriptionem suppeditat hujus nova

editio catalogi Crevenna N°. 529, ubi scire peroptabat an duo hæc Bernardi opera forent ex eodem charactere ; quod certo certiùs est, An autem apud fratres vitæ communis utrumque opus impressum fuerit, sicut legitur N°. 518 la Vallière, nihil est quod illud probet. Operum Bernardi impressorum Bruxellis hoc anno memorantur *miscellanea Lipsiensia Tom. XII, pag.* 79.

Desiderantur tituli, numeri, custodes, signaturæ ac litteræ principales.

6 Sancti Bernardi sermones. In-fol. v. f.

In fine legitur : *sermones beati Bernnardi abbatis de monte Clarevallis expliciunt feliciter.* Subscriptionem hanc sequitur index sermonum ; deindè index materiarum XI foliorum, cui præmittitur epistola editoris ad Petrum Drack civem Spirensem, quæ terminatur sic : *vale Petre et me ama. Ex Heidelberga pridie Kalendas Septēbris anno dñi LXXXI*; et terminatur index 10 versibus quorum primus sic : *J nunc j tandem totum Bernnarde per orbem.*

Ex epistolâ concluditur prodiisse Spiræ anno 1481, post Calendas Septembris, adeòque Bruxellensem editionem aliquot eam præcessisse mensibus. Sed hoc supra Bruxellensem gaudet merito quòd longè plures exhibeat Sancti Ber-

nardi sermones. Folia signantur et non numerantur. Vide Denis *suppl. Maitt.* N°. 4372.

7 Catulli, Tibulli et Propertii poetæ carmina, unà cum Sylvii Statii libris IV, cum præmissâ epistolâ Joan. Calphurnii ad Hermolaum Barbarum. In-fol.

In fine libri IV Sylvarum legitur: *P. Papinii Statii Sylvarum liber ultimus explicit* M. CCCC. LXXXI. *actum Vincentiæ per magistr. Jovannem Renensem et Dionysium Berthocum.* Et tria folia sequuntur quæ exhibent *carmen Joan. Calphurnii poetæ clarissimi ad Joan. Inderbachium Pont. Trident. de laudibus ejus et de interitu beati Simonis infantis a Judæis mactati.*

In eodem volumine compingitur:

Flacci Persii opus satyrarum cum comment. Barthol. Fontii.

In cujus fine legitur: *A. Persii Flacci satyrarum finis* M. CCCC. LXXXI.

8 M. T. Ciceronis de officiis lib. 3, cum commentar. Petri Marsi. *Impress. Venetiis per Baptist. de Tortis* 1481, *die* 12 *Octobris.* In-fol. m. r.

9 Ambrosii Choriolani vita Sancti Augustini; ejusdem commentarii super regulâ Sancti Augustini, et ejusdem Choriolani orationes duæ in honorem Sancti Augustini. In-fol. m. r.

In fine legitur: *finis commentarior. super canone divi Aurelii Augustini a R. P. Ambros. Choriolano cive Romano ordinis Heremitar. Sancti Augustini Priore Generali editoris et impressoris Rome a magistro Georgio Herolt de Bamberga.... die octava Decembris* 1481.

Folium subscriptionis sequitur registrum foliorum, et operi præest *epistola Oliverii Servii ad Cardinalem de Estouteville.* Dicit Audiffredy extare indicem unum erratorum; sed in duobus ad manum extantibus nihil simile apparet. Vide infrà, pag. 53.

10 Cronica quæ dicitur fasciculus temporum edita in alma universitate Colonie Agrippine super Renum a quodam devoto Carthusiensi. In-fol. m. r.

In fine legitur: *sepius quidem impressa, sed negligentia correctorum in diversis locis a vero originali minus justè emendata, nunc verò non sine magno labore ad pristinum statum reducta cum*

quibusdam additionibus per humilem virum Heinricum Wirczburg de Vach Monachum in Prioratu Rubei Montis ordinis Cluniacensis sub Lodovico, Gruerie Comite magnifico anno domini M. CCCC. LXXXI, *et anno precedenti fuerunt aquarum inundationes maximæ ventusque horribiles multa edificia subvertentes.*

Caret signaturis, numeris et custodibus. Aliquot habet figuras ligno incisas, et facta historica desinunt cum anno 1477. Vide de hac editione Prosper Marchand *histoire de l'imprimerie*, *pag.* 75; sed ut apprimè observat abbas de S. Leger, *supplem. à Marchand*, *pag.* 89, hæc subscriptio probaret potiùs editionem fuisse auctam et correctam in Rubeo Monte quàm impressam. In catalogo la Vallière N°. 4557 legitur: *fasciculum hunc cum additionibus Henrici de Wirczburg fuisse etiam Coloniæ hoc anno* 1481 *impressum.*

In hac editione ad annum 1457, maximum est encomium Typographicæ artis, his incipiens verbis: *librorum impressionis scientia subtilissima omnibus seculis inaudita circa hæc tempora reperitur in urbe Maguntina. Hæc est ars artium, scientia scientiarum*, etc.

11 Comedia del divino poetæ Fiorenti-

no Dante Alighieri col commento di Christophoro Landino Fiorentino. In-folio maximo, (cum 19 fig. æri incisis et 16 pennâ delineatis ex eod. genio eademque methodo.) m. r.

Legitur in fine folio verso : *Fine del commento di Christophoro Landino Fiorentino, sopra la Comedia di Danthe poeta excellentissimo, et impresso in Firenze per Nicholo di Lorenzo della magna adi XXX Dagosto* M. CCCC. LXXXI.

Præmittuntur 12 folia prolegomenorum Landini. Tredecimum album est, et ejus verso extat etiam frontispicium pennâ delineatum, et cum quatuordecimo incipit textus cum commento, in cujus parte inferiori extat una figura æri incisa et chartæ adhærens, absque eò quòd agglutinata fuerit, sicut et secunda quæ cantui secundo præmittitur.

Caret numeris et custodibus, sed habet signaturas. In hac editione pro solito lacunæ extant in principio cujuslibet cantûs, tàm in Inferno quàm Purgatorio et Paradiso. Sed peculiare habet hoc exemplar, quodque unicum potest appellari absque contradictionis formidine :

1°. Quòd præter duas priores fig. pro duplici

priori cantu Inferni, habeat insuper 17 alias præfixas 19 prioribus cantibus, ita tamen ut illæ 17 agglutinatæ fuerint et post impressionem adaptatæ.

2°. Quòd a cantu 15to Paradisi ad finem usque 33^{ti}, alteræ 16 extent figuræ manu et pennâ delineatæ, ad normam et methodum rum quæ pro Inferno fuerunt incisæ, ita judicantibus nonnullis apud Italiam in hac materiâ peritis.

Existentiam novemdecim figurarum tantùm, nec earum in majori quantitate notitiam probat exemplar quod extabat in catalogo Pinelliano, in quo, præter duas incisas, alias septemdecim manu et pennâ suppleri curaverat curiosus et artium liberalium patronus.

Quis autem fuerit figurarum incisor vix potest affirmari, non obstantibus disquisitionibus. Præter ea quæ suprà, ubi *de Bettini monte sto di dio* dictum est, duo hìc subjiciam testimonia quæ faciunt pro Alexandro Boticelli.

1°. Vasari, parte secundâ *vite dei pittori, edit. Romanæ Bottari pag.* 446, agens de Boticello, dicit: *Commento una parte di Dante e figuro lo Inferno e la mise in stampa dietro al quale consumo di multo tempo.*

2°. Gori Gandellini Sanese in *Notizie istoriche degl' intagliatori, impr. in Siena* 1771.

Pag. 166, de his figuris discurrens, ait: *Per ben persuadere che dette opere Siano di Sandro basta confrontare quelle figurine (di Dante) che sono in dette stampe con quelle che sono dipinte nella chiesa di sa Pier maggiore in Firenze nella tavola dell altar della capella palmieri . . . . . . nell osservare la detta tavola si vede tosto la stessa maniera in tutte le sue parti correspondente alle dette carte.*

De hoc autem argumento recurrendum ad *Lettere pittoriche*, *Tomo II pag.* 268, et pag. 304 ad Heineken, *Idée d'une collection d'Estampes*, *pag.* 142, ubi duas priorum cantuum figuras incidi curavit; et ad Abbatem de St. Leger, *Lettre seconde au Baron de Hess*, *pag.* 9.

Occasione hujus editionis, apparet mihi mendum irrepsisse in catalogo Pinelli, *Tom. IV* N°. 1913, ubi legitur in capite duorum priorum *Purgatorii* (crederem *Inferni*) cantuum, extare duas figuras æri incisas.

12 Dialogus creaturarum appellatus. *Jocundis fabulis plenus: industriâ et expensis Conradi de Homborch incole Coloniensis inceptus et finitus est anno domini millesimo quadringentesimo octo-*

gesimo primo mensis Octobris die XXIIII. In-fol. m. r.

Caret figuris, signat., numeris et custodibus; paginæ in columnas dividuntur.

13 Diodori Siculi historiarum libri, unà cum Cornelio Tacito de Germanorum moribus. *Impr. per Thomam Alexandrin. Venetiis* 1481 *die* 25 *Novembris.* In-fol. m. verd.

14 Rationale divinorum officiorum. *Editum per dom̄ Duranti mimatensis ep̄i qui composuit speculum juris et patrum pontificale.* In-fol.

In fine legitur: *impressum Lugduni per Martinum Huz de Botvar anno dom. milles. quadring. octuages. primo. die vero decima quarta Augusti.*

In hac editione observandus est titulus.

13 Sancti Ephrem sermones ex versione Ambrosii Camaldulens. *Florentiæ per Miscominum* 1481, *die* 23 *Augusti.* In-fol.

Operi præest folium indicis; folia signan-

tur, sed non numerantur. Vide Pinelli N°. 363, et Crevenna N°. 436.

16 Incomincia il libro intitolato quatriregio del decursu della vita humana de messer federico (Frezzi) fratre del ordine di sto domenico.... Vescovo della cita di foligno dividese in quattro libri partiali secundo quattro regni, nel primo se tracta del regno didio cupido; nel secundo del regno de sattan; nel tertio de regno delli vitii, nel quarto et ultimo del regno de dea minerva et de virtu. In-fol.

In fine legitur: *finisse el libro decto el quatriregio del decursu............ con summo diligentia emendato et impresso a Peruscia per maestro Stephano Arns Alemano nel* M. CCCC. LXXXI.

Poemati præeunt tria folia indicis capitum; et folio quarto incipit poema titulo suprà relato. Paginæ sunt duplicis columnæ. Character est gothicus, folia signantur et folio ultimo legitur relata subscriptio. Verum nomen auctoris est Nicolaus Malpigi Bononiensis. Marchand, *hist. de l'imprimerie*, hunc refert tanquam pri-

mum opus Perusiæ impressum. Idem Stephan. Arns de Homborch impressit ibi eodem anno *Fioretti di San. Francesco*, sed tractavi Romæ apud Stm Andream della Valle *lecturam Bartholomei de Saliceto super novo codice, impress. Perusiæ anno* 1475, in-fol. absque custod. et signat., sed cum registro, cujus character est Romanus.

17 Lis Christi et Belial judicialiter coram Salomone judice...... Agitata super spolio et violentia per eumdem Xtum in Inferno comissis, etc. In-fol. m. r.

In fine legitur : *presens opus qū peccator̄ consolatio denominatur impssum est Goude in Hollandia per Gerardum Leeu anno domini* M. CCCC. *LXXXI*, *mensis Novembris die XXIX.* Et sequitur *scutum* Gerardi omissum ab Orlandi.

Duo indicis folia præmittuntur. Desiderantur custodes, majuscula, numeri; sed folia signantur. Appellatur in hac editione Jacob. de Theramo.

18 Innocentii quarti decretales cum comment. de Flisco. *Venetiis Jenson.* 1481, *die* 15 *Junii.* In-fol.

19 Josephi Judaei antiquitatum judaicarum libri XX ex versione Ruffini; sed

corrigente et edente Hieronimo Squarzafico. *Imprssū Venetiis ꝑ Raynaldū de Novimagio anno domini* M. CCCC. *decio die Maij*. In-fol. m. r.

Denarii numeri, ut videtur, omittuntur; undè supplendi sunt anni 81, hoc enim anno et ex eodem charactere idem Typographus vulgavit ejusdem Josephi *libros de bello Judaico et contra Appionem*.

20 Missale secundum usum ordinis Sancti Benedicti. In-fol. in pergamenâ. m. r.

In fine legitur: *ad honorem omnipotentis dei gloriosissimeque Virginis Marie et Sancti Michaelis finit feliciter divinum hoc Missale sacerrimi ordinis beati benedicti per Johan. Sensenschmidt in montis Monachorum loco penes nobilem urbem Babenbergensem anno a partu Virginis salutifero* M. CCCC. LXXXI *die XXXI Julii*, etc.

Desiderantur custodes ac signaturæ, sed folia methodo Romanâ numerantur et sunt CC LVII, non numeratis quatuor foliis calendarii et benedictionis salis, quæ præeunt missali. Litteræ principales depictæ sunt, et quædam figuræ. De hoc vide Prosper Marchand *histoire de l'imprimerie*.

21 Di

21 Di Tito Livio deca quarta. *Impressa per mæstro Octaviano Scoto nel* 1481, *adi XXIII de Giugno in Venetia.* In-folio.

22 Nicolai de Lyra postillæ in evangelia et epistolas de tempore et sanctis. In-folio.

In fine legitur: *finit feliciter sub anno domini millesimo quadringent. octuagesimo primo.* Cum signaturis.

23 Oldradi de laude consilia juris. *Impr. per Eberardum Fromolt* 1481, *die* 19 *Novemb.* In-fol. m. r.

Terminatur cum signaturâ *n* 4. Character gothicus.

24 Origenes contra Celsum ex versione Latinâ Christophori Personæ. In-folio.

In fine legitur: *magister vero Georgius Herolt de Bamberga Romæ impressit anno incarnat. dom. millesimo quadring. octogesimo primo mense Januarii*, etc. Folio primo verso legitur: *epistola Theodori Gazæ* de libris quos Persona ex Græco vertit; folio sequenti *epistola translatoris*

ad Papam Sixtum IV; et folio ultimo registrum quinternionum.

Desiderantur signaturæ, numeri et custodes, etc.

25 Panormitanus super primum librum decretalium. *Impr. Basileæ anno* 1481. In-fol. m. r.

26 Abbreviatio Pii Pont. max. supra decades Blondi ab inclinatione imperii usque ad tempora Johannis vigesimi tercii Pont. max. In-fol. m. r.

In fine hæc habetur subscriptio : *XX liber finit foeliciter D. D. L. D. S. P. V. anno M.* CCCC. LXXXI. Folio verso ultimo habetur registrum quaternionum. Caret signaturis, numeris et custodibus. Extabat apud la Vallière N°. 4597.

27 Epistolæ familiares Pii II. Pontificis maximi in duplici vitæ ejus statu transmissæ. *Impr. Anton. Koburger XVI Kal. Octobris* 1481. In-fol. m. bleu.

Vide Debure N°. 4137. Caret signaturis; numeris et custodibus.

28 Platina de vitis Romanorum Pontificum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *accurate castigatum ac impēsa Antonii Koburger Nurembergæ impressum III Idus Augusti consummatum anno salutis x̄piane* M. CCCC. LXXXI. *Laus Deo.* Editio secunda. Eadem extat in principio *epistola Squarzafici ad Platinam*, ac in editione Venetâ *anni* 1479; excepto quod in eâ, loco nominis Joan. de Colonia Typographi, legatur illud: *Anton. Koburger.* Character gothicus, et caret signaturis.

29 Psalterium Græco-Latinum cum præfatione Joannis Placentini. In-fol.

In fine legitur : *impressum Mediolani impensa Bonaccursii Pisani anno* 1481 , *die* 20 *Septembris.* Subscriptio hæc ergò discrepat ab eâ *Bibliographiæ instr.*, et ex genere illius *Biblioth. Pinelli* N°. 40. Tractavi unum apud Capucinos Veronenses, in cujus fine extabat *Theocritus* Græcè , ex eodem charactere. Vide *Bibliogr. instr. Tomo primo* , N°. 18 , et la Vallière N°. 24.

30 Rosarius seu concordantia vel reductio discordantium canonum Guidonis de Baifo, ex editione Franc. Moleniensis. *Venetiis per Joan. Herbort de*

Selgenstat 1481, *tertias Nonas Apriles.* In-fol. max. m. r.

In præfatione extat : *encomium Nicolai Jenson.* De hoc vide Seemiller, *parte secundâ pag.* 75.

31 Vincentii (de Bandelis) de Castro novo opus de singulari puritate conceptionis salvatoris. In-4°. m. r.

In fine legitur : *impressum in alma ac inclita civitate Bononi.. per Hugonem de rugeriis de regio editum per Fratrem Vincentium de Castro novo Tordon. anno dom.* 1481, *die* 12 *mẽsis Februarii.* Habet registrum, sed caret signat. Earum autem vice, folia numerantur in margine inferiori, et sunt 113 (hoc modo,) quibus quinque addas quæ non numerantur. Character gothicus. De singulari libri hujus raritate vide *Bibliographie instructive* N°. 418. Sed non novit volumen Ludov. a Turre contra Bandellum, de quo vid. ad annum 1486.

32 Bucoliche di Virgilio Volgarizate da Bernardo Pulci.

Elegia di Bernardo Pulci a Lorenzo de Medici per la morte di Cosimo.

Bern. Pulci de obitu divæ Simonettæ ad Julian. Medicem.

Francisci de Arsochis Senensis carmen Bucolicum et eglogæ IV.

Di Hieronimo Benivieni egloghe 8 allo sign̄re Julio Cæsare da Verano sig̃re di Camerino.

Ægloge IV composte da Jacopo Fiorino de Boninsegni da Siena mandate adi III di Aprile 1468. In-4°.

In fine hujus collectionis legitur : *impressum Florentiæ per me Antonium Bartholomei Miscomini an. dom.* 1481 , *die ultimo Februarii feliciter.* Sub eodem ordine signaturarum continentur hæc opera in idiomate Italiano.

9 * Ambrosii Choriolani gen. Augustinianorum defensorium ordinis heremitarum Sancti Augustini responsivum ad maledicta Canonicorum regularium ad Sixtum IV. In-fol.

Character Romanus. Paginæ constant 34 lineis.
Editio hæc prodiit *Romæ* (1481) *typis Georgii Heroldt.* Continet etiam vitam Sancti Augustini, quosdam ipsius sermones, et chronicon ord. Sti Augustini, etc. Caret signat., num. et cust., sed habet registrum. Vide Audiffredy, pag. 389.

Libri sub anno 1482.

1 Aristotelis phisicorum libri VIII. De Cælo et mundo libri tres. De Generatione et corruptione libri II. Meteororum libri IV. De anima libri III. Liber de Plantis. De coloribus liber. De morte I. De intelligentia I. De lineis indivisi I. De Fluvii inundatione I. De phisionomia. De causa motus animalium. De vita. De sensu et sensato. De memoria et reminiscentia. De somno et vigilia. De causis. De bona fortuna. De longitudine et brevitate vitæ. De juventute et senectute. De vita et morte. Metaphisicæ libri XII. In-fol.

In quorum fine legitur : *Expliciunt opera Aristotelis de naturali philosophia impressa Venetiis duce inclito Joanne Mocenico per magistrum Philippū Venetum ejusque impensis diligentissime emendata. anno domini millesimo* CCCC. LXXXII. *pridie Nonas Aprilis.* Clauditur volumen cum opusculo Averrois *de substantiâ* orbis et uno folio registri. Folia signantur.

EDITIO ELEGANS ET PRINCEPS.

2 Athanasii (Sancti) opus contra Gentiles et Hæreticos ex versione Omniboni Leoniceni et cum ejus præfatione ad Paulum Papam II. *Impressum Vicentiæ a Leonardo Basileensi cupidissime et studiosissime* M. CCCC. LXXXII. *Cal. Februar.* In-fol.

Præmittuntur epistolæ Bruti Episcopi Catharensis ad Barnabam Celsanum, et Barnabæ ad Brutum, sub anno 1481.

3 Octavianus advocatus de vitâ et miraculis Sancti Bonaventuræ ad Cardinalem Julianum de Ruverero, cum præfatione Joh. Philippi de Lignamine divi Sixti quarti Pontificis maximi familiaris, in quâ agit de canonizatione hujus Sancti, factâ anno 1482, pontificatûs Sixti IV anno XI, in ecclesiâ Sancti Petri. In-4°.

Præmittitur figura Crucifixi, quâ numeratâ, habet 21 folia. Character grandior gothicus. Hunc adde adhuc omissis a P. Audiffredy.

4 Philippi Beroaldi Bononiensis annota-

tiones in commentarios Servii, Virgiliani commentatoris. *Impressum Bononie per me Henricum de Colonia suma diligentia et cura anno dom.* M. CCCC LXXXij, *die* 12 *mensis Novembris.* In-4°.

5 Dialogo de la Seraphica Virgine Sancta Catherina da Siena de la divina providentia. *Impressa in Venetia per Math. di Codeca da Parma ad instantia de mæstro Lucantonio de Zonta Fiorentino de l'anno del* 1482, *adi* 17 *de Mazo.* In-4°.

Subcriptionem sequitur lilium Juntarum. Sunt signaturæ, litteræ principales incisæ; sed desunt numeri. Vide Maittaire, *tomo primo pag.* 434. Catalogus auctionis Crevennianæ unam refert eorumdem typographorum editionem *anni* 1494, et etiam *mensis Martii decimâ die septimâ*, quam raram appellat. Vide *tomi primi* N°. 803.

6 Claudii Claudiani opera ex editione Celsani. In-fol.

In fine legitur: *Finis operum Cl. Claudiani quæ non minus eleganter quàm diligenter impressit*

Jacobus Dusensis milles. quadring. octoges. secundo sexto Cal. Junii Vicentiæ. In-fol.

In hoc desiderantur duo priores quaterniones de raptu Proserpinæ, sed supplentur ex aliâ editione cum commentario Jani Parrhasii.

EDITIO PRINCEPS.

7 Venerabilis in christo patris fratris Cherubini de Spoleto ordinis Minorum spiritualis vite compendiosa regula. In-4°.

In fine legitur : *impressa in Modena per Domenigo Rochociola nel anno del nostro signore Jesu Christo* 1482, *adi* 24 *de Mazo.*

Terminatur cum signaturâ *d* 2, et character gothicus est.

8 La coronica de Espana dirigida a la muy alta et muy excellente Princesa serenissima, etc. Donna Ysabel Reyna de Spanna, de Secilia et de Cerdenna, etc. Abbreviada por Diego de Valera, etc. *Impr. Hispali* 1482. In-fol.

Tres ultimæ lineæ subscriptionem hanc exhibent : *en cibdad de Sevilla fue impresa per Alonzo del puerto e nel anno del nascimento*

de muestro salvador ihu xp̄o mill et quatrocentos et ochenta et dos anos.

Character est gothicus, et paginæ non dividuntur in columnas. Habet signaturas. Meerman, *orig. typogr. tom. secundo, pag.* 128, refert alteram editionem factam Burgis, anno 1487, per Fridericum de Basileâ, (forsan per Fridericum Biel, qui circa 1473 Basileæ imprimebat *epistolas Gasparini Pergamensis*, de quo vide pag. 134, N°. 89.) Et ex eâ deprompsit textum pro suis documentis. Undè et nos hìc subjicimus integram hujus editionis subscriptionem, quæ longè magis inservire valet pro illustrandis typographiæ primordiis.

In fine, ante subscriptionem, hæc leguntur: *agora de nueuo serenissima princesa de singular ingenio adornada de toda dotrina alūbrada de claro en tendimiento manual. asi como en socorro puestos ocurren con tan marauillosa arte de escreuir do tornamos eulas hedades aureas restituyendonos por multiplicados codices en conoscimiento delo pasado presente ⁊ futuro tanto quāto ingenio humano conseguir puede. por nascion alemanos muy espertos ⁊ continuo inuentores enesta arte de emprimir que sin error. diuina dezir se puede. delos quales alemanos es vno michael dachauer de marauilloso ĩgenio ⁊*

dotrina. muy esperto de copiosa memoria familiar de vuestra alteza a espensa del qual a de garcia del castillo vezino de medina del canpo tesorero dela hermandad dela cibdad de seuilla la presente istoria general en multiplicada da copia por mandado de vuestra alteza. a honrra del soberano a immenso dios vno en escencia a trino en personas. Et verba hæc sequitur relata subscriptio.

Immeritò igitur Meerman ibidem appellat editionem primam *anni* 1487. Non diffitentibus eruditis apud Hispanos, penitùs ignoratur editionis *anni* 1482 existentia, cujus titulus latinè significat: *Didaci de Valera epiloge cronici Hispaniæ abbreviati.*

9 Euclidis elementa cum Campani commentariis. In-fol. m. r.

In fine legitur: *Erhardus Ratdolt Augustensis impressor solertissimus Venetiis impressit anno salutis* M. CCCC. LXXXII. *octavis Calend. Junii. Lector vale.*

Præmittitur epistola Ratdolt ad Joan. Mocenigum.

EDITIO PRINCEPS.

10 Euclidis elementa geometriæ. *Impr.*

Venetiis Erhardus Ratdolt 1482, *octavis Kalend. Junii.* In-fol.

EDITIO PRINCEPS.

Operi præmittitur *epistola Ratdolt typographi ad Joann. Mocenigo*, et in hoc exemplari atramento usus est aurei coloris. Hinc aliquot auctores dixere typographum hunc impressisse *Euclidem* cum characteribus aureis.

Rarissima sunt hujus generis exemplaria.

11 Exhortatio de celebratione misse per modum dialogi inter Pontificem et Sacerdotem. In-4°.

In fine legitur : *Explicit exhortatio etc. anno Lxxxjj.*

Pagina ultima ex 27 lineis ; ex 9 foliis : folia signantur. Litteræ principales ligno incisæ sunt ad formam earum quibus Richel Basileæ utebatur pro *Bibliis.*

12 Bartholom. de Glanvilla de proprietatibus rerum. *Impress. per Petr. Ungarum, sub anno dom. milles. quadring. octuagesimo secundo die vero Novembris. XXI.* In-fol.

13 Le livre des propriétés des choses

translaté du Latin (de Barthelemi de Glanville Cordelier Anglois,) en François l'an de grace 1373, par le commandement du Roi Charles-Quint, par son chapelain Frere Jean Corbichon de l'Ordre de Saint-Augustin, et revisité par Frere Pierre Ferget du couvent des Augustins de Lyon, et *imprimé audit lieu de Lyon par maistre Mathieu Hutz le XII de 9bre. M. CCCC huitante et deux*. In-f. cum fig. miniatis. v. f.

De hoc libro et ejus auctore vide la Vallière, N°. 1470.

14 Le doctrinal de sapience par Guy de Roye. *Impr. à Promentour par maistre Loys Guerbin* M. CCCC. LXXXII le IJ *jour d'Août. Deo Gratias Amen*. In-f. m. r.

Cum signaturis, et principalibus litteris incisis.

15 Horatii Flacci opera cum comment. Landini. *Florentiæ Anton. Miscominus* 1482, *Nonis Augusti*. In-fol.

Folia numerantur in parte inferiori paginarum.

Exemplar completum. Vide Debure, N°. 2717.

16 Sancti Leonis papæ sermones et epistolæ. *Lucas Venetus Dominici filius librariæ artis pitissimus solita diligentia. iprāessit Venetiis anno salutis* 1482, *septimo Idus Augusti.* In-fol. m. r.

Præmittitur epistola Joan. Andreæ, præfixa edit. Romanæ *anni* 1470, cujus una est reimpressio. Folio verso subscriptionis est registrum signaturarum.

17 Il Lucidario (Honorii Augustodun.) *Impr. in Bolognâ per Tomaso di Salvestro de Cini da monte pulciano* 1482, *adi X di Marzo.* In-4°.

Character goth. Folia signantur. Vide Haym, tom. II, pag. 608.

18 Joannis Nyder præceptorium diuinæ legis. In-4°.

In fine legitur :..... *finit feliciter exaratumque per magistrum Udalricum Gering in urbe Parisiana anno domini* 1482, *die IX Junii.*

Character elegans. In indice desiderantur duo folia.

19 Calendarium Joan. de Monte Regio

cum præmissis carminibus Jacobi Sentini Ricinensis in ejus laudem, et epigrammate Lucilii Santritter ad lectorem, in quo dicitur hujus fuisse *Impressorem Erhard. Ratdolt anno* 1482, *Venetiis quinto Idus Augusti.* In-4°. cum figur.

20 Fratris Berardi Odonis ord. Minor. expositio super libros ethicorum Aristotelis. *Impr. Brixiæ ad expensas Bonifacii de Manerva* 1482, *die ultimâ Aprilis.* In-fol.

21 Ptolemei cosmographiæ libri VIII, ex versione Nicolai Doni Germanî cum ejus præfatione ad Paulum II. In-fol. m. v. in pergamenâ.

In fine legitur: *opus domini Nicolai Germanì secundum Ptolomeum finit anno* M. CCCC. LXXXII. *Augusti vero Kalendis XVII impressum Ulme per ingeniosum virum Leonardum Hol prefati oppidi civis.* Cum chartis geographicis miniatis auro et coloribus, et cum signat.

Præmittitur pictura una in quâ Monachus Donis suam offert versionem Pontifici Paulo II.

Hoc exemplar fuit illud quod ipsissimo Pontifici regnanti obtulit; tùm quia legitur ex manu coœvâ in fine: *ce livre a été fait pour donner a notre bon Pere*; et etiam suprà antiquâ et primævâ coperturâ arbor una ferro et auro fuerat impressa, tanquam insignia gentilitia domûs *de la Rovere* Sixti nempè IV, tempore enim impressionis e vivis excesserat Paulus II.

Nihil elegantiùs in hoc genere potest desiderari. Vide Debure N°. 4194.

22 Rei Rusticæ scriptores, Cato, Varro, Columella, Palladius, Rutilius. In-fol.

In fine Varronis et in fine Rutilii legitur: *Palladii Rutilii Tauri Æmiliani viri illustris de re rustica libri, impressi Regii opera et impensis Bartholomei Bruschi alias Bottoni Regiensis* M. CCCC. LXXXII. *Nonis Junii.*

23 Francisci Venturini rudimenta grammatices. *Florentiæ per me Antonium Bartholomei Mischomini anno salutis* 1482, *Idibus Maijs hora decima octava.* In-fol.

Præmittitur folium unum registri signaturarum et quaternionum, et aliud exhibens epistolam

tolam Venturini ad Octavianum Ubaldinum.

24 Vocabularium *ex quo* Latino-germanicum. *Impr. Nuremberg. Conrad. Zeninger* 1482, *die* 16 *Februarii.* In-4°. goth.

Absque signaturis.

Libri sub anno 1483.

1 Sancti Augustini opuscula. In-4°.

1°. De doctrina Xtiana libri IV.

In hoc quædam folia desiderantur.

2°. Libri confessionum.

In fine legitur : *finis felix per Richardum de Paffroed Daventrie in platea epi impressorum diligenti examine correctorum anno dñi* M. CCCC. LXXXIII.

3°. De Disciplina Xtiana.

4°. De Vita Xtiana.

5°. De Dogmatibus Xtianis.

6°. De Moribus ecclesie Catholice.

Omnes isti tractatus ejusdem sunt characteris Paffroed, et sub diverso ordine signaturarum impressi, ita ut separatìm vendibiles fuerint.

2 Flavii Blondi historiæ, ab inclinatione Romani imperii decades tres (ad annum usque circiter 1340.) In-fol.

In fine legitur : *finis historiarum Blondi quas*

morte preventus non complevit; cum tamen interim Romam instauratam tribus libris, Italiam illustratam libris VIII, et Romam triumphantem libris X absolverit. Impress. Venetiis per Octavian. Scotum anno 1483, XVII Kal. Augusti.

3 Severini Boetii textus de consolatione philosophiæ cum comment. D. Thomæ. *Anthonii Koburger civis Nuremberg. industria Fabrefactus anno milles.* CCCC. LXXXIII. *Postera die post Philippi et Jacobi Apostolor.* In-fol. veau fauve.

4 Marci Tull. Ciceronis rhetoricorum libri cum commentar. et epistolâ Marii Fabii Victorini. *Impressum Venetiis per Joan. de Forlivio et Jacob. Britannicum Brixianum* 1483, *die* 17 *Julii.* In-fol. m. r.

5 Joh. Consobrini tractatus de justitiâ commutativâ. *Impressus Parisiis Kal. Junii* 148III, *opera et cura Fratris Francisci de Medicis ordinis stæ Mariæ de Monte Carmeli provinciæ Venetiarum emendatus.* In-4°.

Joannes Consobrinus ibi dicitur Portugalensis et sacræ theologiæ professor ordinis de Monte Carmeli ; opus verò dicatur Nicolao Lipomano Patricio Veneto anno 1483. Folia signantur.

6 Joan. Crastoni Placentini Carmelitani Lexicon Græco-Latinum, cum præfatione Boni Accursii. *Impressum Vincentiæ per Dyonisium Berthocum de Bononia, die X mensis Novembris* M. CCCC. LXXXIII. In-fol.

Habet signaturas ; caret numeris et custodibus. Epistola Accursii eadem est ac in edit. sine anni notâ. Vide Maittaire, Tom. I. pag. 446.

7 Eusebii Cæsariensis chronica cum continuatione ipsius a Sancto Hieronimo Mathæo Palmerio et Prospero. *Erhardus Ratdolt Augustensis...... Impressit Venetiis anno* 1483, *Idibus Septembris.* In-4°. m. r.

8 Joan. Gerson de imitatione Xti et contemptu mundi. *Venetiis Petrus Loslein de Langencen.* 1483. In-4°.

Folia signantur, numerantur Arabicè, et sunt 50.

9 Lotharii Levitæ, id est, Innocentii Papæ liber de vilitate conditionis humanæ. *Impr. Parisiis per Antonium Caillaut et Lodovicum Martineau* 1483, *die* 19 *Augusti*. In-4°.

10 Nonii Marcelli Tiburtiensis compendiosa doctrina de proprietate sermonum. *Venetiis* 1483. Pompeii Festi et Varronis libri de linguâ Latinâ; *per Octavian. Scotum* 1483, *Nonas Septembr.* In-fol., m. r.

11 Le miroer de la Rédemption de lumain lignaige translaté de Latin en Francoy selon l'intencion de la Sainte Escriture, veu, corrigé et translaté par reverend docteur en theologie, Frere Julien (Macho) des Augustins de Lyon.......... *Et a été imprimé par maistre Mathis Huz, l'an de grace mil* CCCC LXXXIII. In-fol. cum figuris ligno incisis. m. r.

Eædem omninò sunt figuræ ac editionis *anni* 1479, nec textui quidquam additum est.

Folia verò in hac signantur, more Romano numerantur, et litteræ principales ligno sunt incisæ. Extabat apud la Vallière No. 125; et hujus mentionem habet Heineken pag. 472. Exemplar elegans.

12 Valerii Martialis epigrammata cum commentariis Domitii Calderini. *Impressum Mediolani per Leonardum Pachel et Uldericum Scenezeniller anno domini* 1483, *die decimâ quintâ Augusti.* In-fol.

13 Joannis Nyder preceptorium divinæ legis. *Impressum Argentinæ ann. dom.* 1483. In-fol.

Ex charactere Gruningeri; absque signaturis, numeris et custodibus.

14 Pauli Orosii historiarum libri VII. *Impressi Venetiis opera et expensis Octaviani Scoti* 1483, *tertio Kal. Sextiles.* In-fol. v. fauve.

15 Statii opera cum comment. Placidi Lactantii in Thebaidos. Francisc. Ma-

turantii in Achilleidos; et Calderini in sylvas et etiam in Sapho Ovidii. *Venetiis per Octavianum Scotum Modoetiensem* 1483, *quarto Nonas Novembr.* In-fol. v. fauve.

16 Manipulus florum compilatus a Thoma de Hibernia. *Impr. Placentiæ per me Jacob. de Tyela Alamanum anno* 1483, *quinta die Septembris.* In-fol.

Gothicè jam ab anno 1475, Placentiæ imprimebatur; tractavi Lucæ in bibliothecâ domini Mansi, apud Clericos Regulares, biblia sacra in-4°. minori, cum sequenti subscriptione: *vetus testamentum a religiosis viris ac prudentissimis correctum, ac per me Johan. Petrum de Ferratis Cremonensem Placentiæ impress. ann. dom.* 1470 *quinto feliciter explicit.*

Hujus character inelegans est, sed ita minutus ut ad dictum *Nompareilles* possit revocari, et subscriptio hæc legitur in fine *testamenti veteris.*

17 Roberti Valturii de re militari libri XII e Latino Italicè versi per Paulum Ramusium Ariminensem. *Impr. in*

Verona industriâ di Bonin di Boninis da Ragusiâ anno 1483, *adi XVII di Februario.* In-fol.

Cum figuris eleganter miniatis. De rarissimâ hac editione vide *Bibliographie instruct.* N°. 2134. Terminatur folio registri signaturarum; sed exemplar *Bibliogr. instr.* deficiebat in quinque prioribus foliis quæ exhibent unam præfationem Pauli Ramusii ad Robertum de Arragoniâ; et hæc terminatur quibusdam Dantis Alighieri versibus.

18 P. Virgilii Maronis opera cum commentariis Servii Honorati. In-fol. veau.

In fine legitur: *maronis opus cum Servii Honorati enarratione impressum anno* 1483, *die XV Decembris.*

Libri sub anno 1484.

1 Antonini summula confessionis (*Defecerunt*) impendio Johan. de Legnano Mediolanensis Librarii. *Impress. Mediolani* 1484, *die* 15 *Augusti*. In-4°.

Cum litteris majusculis, et cum signaturis. Saxius et Argelati ad annum 1484 referunt editionem ab hac diversam, et hanc ignorarunt.

2 Sancti Augustini opuscula quædam, scilicet:

Meditationes.
Soliloquia.
Manuale.
Enchiridion.
De triplici habitaculo.
Scala Paradisi.
De duodecim abusionum gradibus.
De beatâ vitâ.
De Assumptione beatæ Virginis.
De divinatione Dæmonum.
De honestate mulierum.
De curâ agendâ pro morte.

De verâ et falsâ pænitentiâ.
De contritione cordis.
De contemptu Mundi.
De convenientia decem præceptorum et decem plagarum Ægipti.
De cognitione veræ vitæ.
Confessionum libri XIII.
De doctrinâ Christianâ libri IV.
De fide ad Petrum.
De moribus et vitâ Clericorum sermones duo.
De verâ Religione. In-4°.

Post indicem sequitur opus Eusebii Corradi Mediolan. Canonici Lateranensis ad Sixtum IV pro aufferendo de Ecclesiâ errore scribentium sanctum Augustinum Ecclesiæ doctorem fuisse Heremitam; et in hujus fine extat aliud Sancti Augustini *opusculum de spiritu et animâ*; et post registrum legitur: *per M. Andream de Bonetis de Papia Venetiis impressa fuerunt*, etc. 1484, *die* 23 *mensis Julii.*

Character gothicus, cum signaturis. Descriptio hæc erit pro supplemento ad Maittaire, Tom. primo, pag. 451.

3 Sancti Augustini sermones ad Here-

mitas. *Impr. Mediolani per Teutonicos impensis reverendi viri d̄ni presbiteri Gasparis Lāpugnani.....* 1484, *tertio Nonas Junias.* In-4°.

Cum signaturis, et registro. Vide Orlandi, *origine della stampa*, *pag.* 283.

Cum eo compinguntur Sancti Augustini epistolæ diversæ N°. 60, in quarum fine legitur : *impressum Venetiis per Bernardinum Benalium*, In-4°., sine anni notâ. Character elegans; et terminatur cum signaturâ *e iij*. Editionem hanc ignorarunt Maittaire et Denis.

4 Biblia sacra Latina. In-4°.

In fine leguntur versus editionis *anni* 1479, et verba sequentia : *exactum est in urbe Venetiarum sacro-sanctum biblie volumen integerrimis expolitisque litterarum caracteribus magistri Johannis dicti Magni Herbort de Selgenstat*, etc. *Anno verò* M. CCCC. LXXXIIII. *pridie Kal. Maij.* Sequuntur registrum et interpretatio Hebraicorum nominum, cum signaturis; character verò gothicus. Deest folium primum prologi. De his bibliis, vide David Clement.

5 Boetii Romani de consolatione phi-

philosophiæ libri V, cum commentariis D. Thomæ. *Impr. per Joan. de Westphalia in Alma Lovaniensi universitate diligenter elaborati anno* 1484. In-fol.

Unitur sequens:

Boetius de disciplina Scholarium cum comment. *Impr. Lovanii per Joh. de Westphalia* 1485. In-fol. m. r.

6 La nobel opera de arithmetica ne la qual se tracta tute cosse a mercantia pertinente facta et compilata per Piero Borgida Veniesia. In-4°.

In fine verò legitur: *nella inclita citade Venetia a Gorni* 2 *Augusto* 1484, *fu imposto fine a la presente opera.*

Ex charactere gothico quo utebatur Ratdolt. Primus hic est arithmeticæ liber cognitus.

7 La divina comedia di Dante col commento di Landino. *Impresso in Vinegia per octaviano Scoto da Monza adi XXIII di Marzo* M. CCCC. LXXXIIII. In-fol.

Vide Debure N°. 3325.

8 Marsilio Ficino della Xtiana religione. *Stampat. in Pisa per ser Lorenso e ser Agnolo Fiorentini Giugno adi II* 1484. In-4°.

Folia signantur, character est elegans.

9 Il libro dicto lacerba del clarissimo philosopho Cicco (*Francesco*) Asculano. In-4°.

In fine legitur: *explicit liber Cecchi Asculani Venetiis* ꝑ *Baptistam de Tortis* M. CCCC. LXXXIIII. *die XII Februarii.*

Prima editio est *anni* 1478, sed de cæteris editionibus systemateque singulari auctoris vide *Mazuchelli scrittori Italiani Tom. primo, parte secundâ, pag.* 1154, et Debure *Bibliogr. instr.* N°. 3455 et 3457. In hoc poemate de phisicâ (erat enim auctor medicus et astrologus, ejusque nomen Franciscus *Stabili*) ejus adversarii adinveniri contendunt christum astrorum influentiis fuisse subjectum, et secundùm hoc systema, debuisse ipsum cruci adjici. Hinc publicè ipsum Florentiæ Inquisitio comburi jussit in decimoquarto sæculo. Secunda hæc editio rarissima est: ea enim Mediolanensis ejusdem anni quam re-

tulit Debure N°. 3456, prodiit die XVIII Maii, adeòque nostram subsecuta est.

10 Jacobi de Theramo compendium perbreve, consolatio peccatorum et apud nonnullos Belial vocitatum. In-fol.

In fine legitur: *anno dñi* M. CCCC. LXXXiiij. Character gothicus, cum signaturis.

11 Commentaria Jacobi de Valentia in psalmos. In-fol.

In fine legitur: *commentum noviter editum per R. D. Jacobum de Valentia sacræ theologiæ ordinisque sancti Augustini professorem necnon Episcopum Cristopolitanum in psalmos David feliciter explicit. Impressum in eadem famosissima Yspaniarum urbe Valencie, sub anno salvatoris millesimo quadringentesimo octoagesimo quarto.*

Subscriptionem sequitur registrum codicum secundùm ordinem signaturarum, et folio primo verso prologus ac præfatio auctoris ad Cardinalem Rodericum de Borgiâ. Character gothicus est. Columna in paginis duplex. Tituli in parte superiori imprimuntur; sed desiderantur custodes et numeri. Characteris forma assimilatur illi quâ utebatur Gruninger Argentinæ circa eum-

dem annum. Quis autem fuerit Typographus, tacetur.

12 Dominici Mancini poema de quatuor fontibus honestatis, cum aliis metris inter quæ unum de primâ ætate Caroli Regis Ludovici XI filii. In-4°.

In fine legitur hæc singularis subscriptio : *opera industria arteque Joh. Higman Germani in regiâ urbe Parisiorum in ædibusq3 celeberrimæ Achademiæ Sorbonæ regnante Carolo Sexto Francorum Rege christianissimo anno vero* M. CCC LXXXIIII. (1384.) *Et XI Kl. Januar. impressus est. Lector vale.*

Duplici enim anachronismo scatet hæc subscriptio, appe'latur enim *Carolus* VI pro Carolo VIII, et *annus* 1384, pro 1484. Character rotundus ac elegans ; cum numeris et signaturis.

13 Joannis Mesue opera omnia cum additionibus Petri de Appono et Francisci de Pedemontium, ac Nicolai cum Servitore. Emendata per magistr. Archangelum Senensem. *Impress. Venetiis anno* 1484, *duodecimò verò Kalend.*

Januarii sumptu et impensâ Dyonisii de Berthochis de Bononia. In-fol. goth.

14 Martini Poloni sermones de tempore et Sanctis cum promptuario exemplorum. *Impr. Argentinæ* (*Gruninger*) 1484. In-fol. m. r.

Caret signaturis, numeris et custodibus.

15 Sermones Socci de Sanctis. In-fol. m. r.

In fine habet: *impr. a sagaci viro Johanne de Gruningen in inclita Argentinensi civitate diligenter anno* 1484. *Ydus mensis Aprilis.*

De insigni raritate hujus editionis vide Freytag *analecta litter. pag.* 873, *et sequentibus*, ubi auctoris nomen investigatur et volumen describitur. Tantam esse hujus raritatem dicitur *catalog. Biblioth. Reimman*, Tom. primo, pag. 148, *ut ex millibus vix unus reperiatur.* Character gothicus, cum signaturis, etc.

16 Joan. Tortellii Aretini commentaria grammatica de orthographia. *Impr. Venetiis Hermannus Lichtenstein Coloniensis pridie Idus Novembris* 1484. In-fol.

17 Joan.

17 Joan. de Turrecremata flos theologiæ, applicabilis ad sermones per totum annum tam de tempore quàm sanctis, cum registro thematum et tabula abecedaria omnium materiarum in presenti libro contentarum. In-fol. m. r.

In fine legitur: *excellens opus dñi Johannis de Turrecremata........... questionum dignissimarum cum solutionibus earumdem circa textus epistolarum atque evangeliorum tam de tempore quam de sanctis et festorum emergentium totius anni cum introductionibus themathum et cum tabula alphabetica flos theologiæ meruit nominari. Anno salutis* 1484, *mensis Novembris die vicesima feliciter consummatum est.*

Quem nec larga Ceres stringit, etc.

. . . .

Hoc tibi fundit enim Davantria menia fulgens
Richardi manibus suscipe quæso pium.

Folia non numerantur, sed signantur. Licèt ordo signaturarum idem sit a principio ad finem, tamen duplex est pars; prima continet *themata cum tabulâ abecedariâ*, et secunda *questiones evangeliorum*; et folio primo præmittitur

prologus editoris ex anno 1480, undè opus planè diversum est ab editione Nurembergensi *anni* 1478.

Libri sub anno 1485.

1 Æsopi vita et fabulæ per Francisc. Tuppum moralisatæ et in linguam Italianam versæ. *Impr. Neapoli* 1485. In-fol. m. r.

Editio rarissima et vix nota. Vide Debure N°. 3570. Incipit ab *epistolâ Tuppi Neapolitani ad honoratum de Arragonia Gaitano Conte di Fundi*, quæ occupat primum folium ; et cum folio secundo incipit *prohemium et vita Æsopi*, quæ terminatur cum folio 42, his verbis : *clarissimi fabulatoris Esopi vita feliciter finit.* Sequuntur fabulæ.

Folio igitur 43 incipiunt fabulæ metricè. Quamlibet fabulam sequuntur : *Tuppi apologus* ; *tropologia ; allegoria* ; et *confirmatio deducta ex exemplo ;* et terminatur pars hæc cum sequenti subscriptione : *Francisci Tuppi Parthenopei utriusque juris disertissimi studiosissimiq3 in vitam Aesopi fabulatoris laepidissimi philosophiqu3 clarissimi traductio materno sermone fidelissima et in ejus fabulas allegoriæ cum exemplis antiquis modernisqu3 finiunt faeliciter. Impressae Neapoli sub Ferdinando illustrissimo sapientissimo atq3 justissimo in Siciliæ regno triumphatore sub anno domini* M. CCCC. LXXXV. *die XIII mensis Februarii finis. Deo gratias.*

Folio sequenti ad recto index fabularum, et verso est registrum quaternionum. Character est elegans ac idem quo *Boccacii philocolo anni* 1478 *apud Russinger*, (vide ad hunc.) Folia non in columnas, sed in paginas dividuntur. Litteræ principales incisæ sunt. Actiones præcipuæ Æsopi omnesque fabulæ ligno sat eleganter incisæ sunt et Æsopi textus Latinus, est ex versione Planudis et fossè Ramutii.

Caret signaturis, numeris et custodibus; et exemplar est miræ elegantiæ ac nitoris. Auctoris allusiones contra Romanam curiam et contra Monachos potuerunt subministrare ansam et occasionem hujus raritatis. Hujus generis sunt, v. g. *fabula XVI de vulpe et corvo*, in quâ perstringitur Paulus Papa secundus et *fabula XLIII de leone et pastore*, quæ insurgit in Honorium II^m^. Fredericum 2^m^. excommunicantem.

2 Leo Baptista Albertus de re ædificatoriâ cum præfatione Angeli Politiani ad Laurentium Medicem. In-fol. m. violet.

In fine legitur: *Florentiæ accuratissimè impressum opera magistri Nicolai Laurentii Alamani anno sal. milles. octuagesimo, quinto quarto Kal. Januar.*

Subscriptionem sequitur folium registri signaturarum.

Exemplar elegans. Vide *Bibliogr. instr.* N°. 2096.

3 Liber completus in judiciis astrorum quem edidit Albo Hazen Haly filius Abenragel. In-fol. m. r.

In fine legitur : *finit feliciter....... fideli studio emendatus per Dominum Bartholom. de Attende Nusia Germanum artium et medicinæ doctorem excellentiss. impressus arte et impensis Erhardi Ratdolt de Augustâ regnante Joh. Mocenigo duce Venetiarum anno dom. incar. dñi* 1485, *quarto Nonas Julii Venetiis.* Gothicè. Litteræ principales incisæ sunt et coloratæ.

EDITIO PRINCEPS, et apud astrologos quantivis meriti.

4 Formulario de epistole volgari missive e responsive et altri fiori de ornati Parlamenti al principe hercole d'Esti duca di Ferrara composto da Bartholomio miniatore suo affectionato e fidelissimo servo. *Impresso ne l'alma et inclita cita di Bologna per mi Ugo di*

Rugerii Stampatore nel tempo del felice stato de la liberta de la dicta Bologna nel anno del nostro signore 1485, *adi* 20 *di Aprile*. In-4°.

5 Boetii consolatio philosophiæ cum commentario. *In linguâ belgicâ.* In-fol. max°.

In fine belgicâ etiam est subscriptio, quæ substantialiter habet : *sic terminatur liber dignus Boecii de consolatione philosophiæ impr. pro solatio documento ac felicitate omnium hominum, Gandavi per me Arnaldum l'Empereur (Arend de Keiser) die* 31 *Maij* 1485.

6 Leonardus (Bruni) Aretinus de temporibus suis. *Impressus Venetiis* 1485, *die vero Va. Februarii.* In-4°. vélin.

7 Jo. Cassiani opera. In-fol. m. r.

In fine legitur : *expliciunt viginti quatuor collationes sanctorum Patrum conscriptæ a Johanne Heremita qui Cassianus dicitur. Impressæ Basileæ anno domini* 1485. Editio princeps.

8 Ubertini de Casali arbor vitæ crucifixæ Jesu. *Impressus per Andream de*

Bonettis de Papia 1485, *die XII Martii.* In-fol. m. citron.

Exemplar elegans libri rarissimi, de quo vide Debure N°. 4549.

9 Isidorus Hispalensis de summo bono. *Impress. in alma universitate Lovaniensi per me Joan. de Westfalia* 1486. In-4°.

Simul Albertus de Ferrariis Placentini opusculum de horis canonicis dicendis. *Impress. per eumdem Lovanii* 1485. In-4°. veau fauve.

Cum signaturis.

10 Laertii Diogenis vitæ et sententiæ Philosophorum ex editione Ambrosii Camaldulensis (Traversarii.) *Impressum Brixiæ per Jacobum Britannicum Brixianum anno domini* M. CCCC. LXXXV *die XXIII Novembris.* In-fol.

11 Sermoni di beato Leone Papa di lingua Latina in Toscana tradocti da Philippo Bartholomeo Corsini cittadino Fiorentino. In-fol.

Ad calcem legitur : *finis impresso in Firenze a di XXI di Maggio* 1485. Paginæ in columnas non dividuntur. Ejus character est elegans. Non signatur; sed loco signaturarum, in inferiori parte folia more Romano numerantur et sunt 169, non numeratis quatuor prioribus quæ exhibent prologum et præfationem Andrææ Aleriensis ad editionem Romanam, et indicem. Rasissimam hanc appellat ac describit Paiton *Bibliothecâ Degli auct. Volgarisati Tom.* 2°. *pag.* 198. Ex charactere quo Miscominus Florentiæ tunc utebatur.

12 Ordo missalis secundum usum Romanæ ecclesiæ. *Impress. Lugduni per venerabilem virum Mathiam Huz hujus artis peritissimum finit feliciter anno dom. millesi. quadring. octogesimo quinto die* 23 *Septembris.* In-fol.

Ex charactere *formæ* et missali, cum signat., et cantus Romanus imprimitur.

13 Guidonis de monte Rocherii manipulus curatorum. *Impressus Romæ anno dom. milles. quadring. octuages. quinto*

die vero quinto Novembris sedente Innocentio octavo. In-4°. m. r.

Character gothicus, sine signaturis, numeris et custodibus. Videtur ex charactere Eucharii Silbert. Vide Denis N°. 1568.

14 Publ. Ovidii fastorum libri cum commentar. Pauli Marsi.

In fine legitur : *religiosæ litterariæ sodalitati Viminali et universæ Academiæ latinæ ad viventium posterorumque usum Pauli Marsi Pisci poetæ Romani fideliss. fastor. interpretationem Antonius Baptibovis Alexandrinus Venetiis imprimendum curavit anno sal.* 1485, *die* 27 *Augusti, et a constituta sodalitate anno VII præfectis Pomponio Læto. P. Astreo et Paulo Marso Censoribus IX Calend. Januarii.*

Subscriptionem hanc integram retuli, quia determinat et firmat unum historiæ litterariæ punctum de celebri Academiâ Romanâ Pomponii Læti. Vide *specimen histor. Typogr. Romanæ.*

15 Philelphi epistolarum libri XVI *Brixiæ Jacob. Britann.* 1485, *die* 7 *Maii.* In-fol.

16 Jacobo di messer Poggio a Lorenzo di Piero di Cosimo de Medici sopra el triompho della fama di messer Franchesco Petrarcha prohemio. *Impresso in Firenze per ser Francesco Bonaccorsi*, etc. *Nel anno* 1485, *adi* 24 *di Gennaio*. In-4°.

Folio verso sequitur registrum signat., et quaternionum.

17 Ambrosii Spiera quadragesimale de floribus sapientiæ. *Venetiis Gabriel de Grassis* 1485, *die XI Aprilis*. In-4°. veau fauve.

Character goth. cum signat., et registro quaternionum.

18 Valerius Maximus cum commentariis Omniboni Leonic. *Impress. Venetiis per Dionisium et Pelegrinum Bononienses* 1485, 20 *Aprilis*. In-fol.

19 Petri de Unzola Aurora novissima super continuatione summe Domini Rolandini civis Bononiensis. *Impr.*

Vicentiæ studio et sumptu Henrici Zeni de St. Ursio anno 1485. In-fol.

14 Joan. de Sacrobusto sphericum opusculum Georgiique Purbachii in motus planetarum theoriæ et contra Cremonensia in eorumdem theoricas deliramenta Joan. de Monteregio disputationes. *Impressum mira arte et diligentia Erhardi Ratdolt Augustensis anno* 1485. In-4°. Cum figuris.

Libri sub anno 1486.

1 Alphonsi de Mora oratio de trinitate coram Innocentio VIII Pontifice ac sacro Cardinal. Collegio anno 1486.

Isocratis oratio panegirica nuper per Joan. Mariam Catanæum in Latinum summa celeritate translata. *Impress. Romæ per Jacobum Mazochium Romanæ Academiæ bibliopolam anno* 1509.

Petri Gravinæ oratio de Xti ascensu ad cœlos habitâ apud Alexandr. VI, die 16ª. Maij 1493.

Oratio Hieronimi Gaonæ ad Comitem de Tendillâ oratorem Romæ pro rege Hispanianum circa 1487.

Oratio prima synodi Lateranensis per Ægidium Viterbiensem Generalem Augustiniani ordinis. *Impr. Romæ* 1512.

Oratio Thomæ Devio Gaietani Generalis ordinis Prædicator. in 2ª. sessione Concilii Lateran. anno 1512. In-4°.

2 Alexandri Ariosti ordinis Min. tractatus de usuris. In-4°.

In fine indicis legitur: *qui pecuniaria ope liberalissima ser Jacobi de Peregrino cive Bononiensi. Bononiæ impressus est* 1486, *die* 15 *Aprilis. Et in fine operis: impressum vero opera et impensis Baltasaris de Byrberia anno* 1486, *die octava Aprilis.*

Hoc opus ignoravit Wading, et novus editor *bibl. med. et inf. latinit. Fabricii* immeritò statuit Baltasarem de Hiberniâ Typographum, et ignorari locum impressionis. De eo vide Denis *suppl. Maitt.* N°. 1619.

3 Alexandri de Immola Postillæ ad Bartholum. In-fol. m. r.

In fine legitur: *Jacobus de Sto Nazario impensa dñi Augustini Datheri Dominique Andreæ Sillæ. Impress. diligentissime in lucem edidit Viqueriæ Calendis Juniis* M. CCCC. LXXXVI.

Character gothicus. Habet signat., editio penitùs ignota. Ubi autem et in quânam Italiæ portione sita sit *Viqueria*, ignoro.

4 Sancti Bonaventuræ opera; scilicet: Breviloquium.

Centiloquium.
Itinerarium mentis in Deum.
Parvum bonum, seu regimen conscientiæ, sive fons vitæ.
Expositio orationis dominicæ.
De quinque festivitatibus pueri Jesu.
Pharetra.
De Paupertate Christi.
Lignum vitæ.
Apologia pauperum.
Epistola ad Blancham reginam Hyspaniæ.
De regimine animæ.
Epistola ad quemdam magistrum circa regulam Sancti Francisci.
Epistolæ plures.
Epistola ejusdem dans regulam vivere volentibus in Christo.
Vigenti passus de virtutibus bonorum Religiosorum.
De reductione artium ad theologiam.
De tribus ternariis infamibus.
De septem gradibus contemplationis.
Sermones de decem præceptis.

Laudisonus de Sancta cruce.

Per me Johannem Koelhoff de Lubeck Colonie civem vigilanti cura impressi finiunt feliciter anno gratie 1486, in vigilia nativitatis domini. In-fol. v. f.

Tituli in superiori parte imprimuntur. Folia signantur et numerantur more Romano *CCCXXXij.* Imperfecta erat hujus recensio a Maittaire allata pag. 477.

5 Bernardi di Breydenbach. peregrinationes in montem Sion ad Xti sepulchrum, in Jerusalem, atque in montem Synai ad stam Catharinam. *Per Erhardum Reuvich de Trajecto inferiori. Impressum in civitate Maguntina anno sal. 1486, die VI Februarii.* In-fol. cum figuris, m. r.

Absque signaturis, numeris et custodibus.

6 La somme rurale par Jehan Boutillier Conseillier du Roy à Paris. *Imprimé en la ville d'Abbeville par Pierre Gérard l'an mil CCCC LXXX et VI.* In-fol. m. r. *lettres bâtardes.*

Folia numerantur et signantur. Vide catal. la Vallière N°. 1195.

7 Simonis de Cassia volgarizamento dei li IV evangelii. In-fol. vélin.

In fine legitur : *finito el quarto libro de li evangelii con le expositione el quale tracta sopra la passione e morte et resurrectione del nostro signore Yhesu Christo vulgarizato per frate Simone da Cassia del ordine de frati Heremitani impresso in Venetia per Hannibal da Foxo da Parma nello anno del* M. CCCC. LXXXVI, *adi penultimo di Decembrio.*

Tria indicis folia præmittuntur et quarto folio sic incipit titulus charactere rubro : *al nome de yhesu christo crucifixo commencia el prologo de Fra. Guido del libro infra scripto cioe de loro evangelii con le expositione Fatte per Simone da Cassia del ordine de Sancto Augustino.* Folia signantur, arabicè numerantur et sunt 152. Omnibus ferè bibliographis Italianis ignota fuit hæc editio. Paiton, Haym et alii pro primâ recensent eam quam anno 1496 Florentiæ impressit Francesco de Libri. Undè inter rarissimos linguæ Toscanæ libros revocari potest.

8 Mathæi Collatii cognomento Siculi ex

ex Neocastro Calabriæ urbe de fine oratoris in Quintilianum pro M. T. Cicerone. In-4°.

Character est Venetus ; et terminatur cum signat. *C. V.*

Ejusdem Colacii de verbo *civilitate* et de genere artis rethoricæ in magnos rethores Victorinum et Quintilianum et alia opuscula rethorica. *Impress. Venetiis per Bernardin. de Novaria* 1486. In-4°.

9 Gaetani Thiennensis commentarii in tria volumina Aristotelis de animâ. *Henrici de sto Urso impensâ ingenioque diligenter impressa et solerti curâ emendato Vicentiæ anno* 1486, *X Calend. Octobris.* In-fol.

Huic adjungitur *questio de sensu* per eumdem Gaetanum de Thienis medicum, ex IV foliis, et expositio super libros de *substantia orbis Joan. de Gandavo.* In-fol. goth. Terminatur cum signat. *q* 4.

10 Joan. Gerson de mundi contemptu

libri IV, cum tractatu de meditatione cordis. *Impr. Venetiis Franciscus de Madiis* 1486. In-8°. goth.

Ex 65 foliis, numeratis arabicè et signatis.

11 Gregorii Papæ morali sopra la vita di Job. *Impr. nella cita di Firenze per Nicholo di Lorenzo della magna* 1486, *adi XV del mese di Giugno.* In-fol. Tomi duo. m. r.

Ex versione Zenobii *di Stratâ.* Folio verso primo Tomi primi extat *tavola del primo libro*; et terminatur his verbis: *fine del libro XIII de morali di S. Gredg*; et in fine secundi legitur subscriptio quam subsequitur folium registri secundùm ordinem signaturarum. De rarissimâ hac editione vide Paiton Tomo secundo, pag. 161.

12 Vocabularius breviloquus cum arte Diphtongandi, punctandi et accentuandi Guarini triplici cum alphabeto diversis ex auctoribus nec non ex corpore utriusque juris collatus ad Latinum sermonem capessendum utilissimus. *Impress. Basil. per Nicol. Kesler* 1486. In-fol. goth.

13 Petri Lombardi libri sententiarum IV. *Impr. Venetiis opera et impensa Francisci de Madiis per Hannibalem Parmensem anno* 1486 , *die* 22 *Martii.* In-fol. goth.

14 Ludovici a Turri apologia (contra Bandellum) pro conceptione immaculata. In-4°. m. r.

In fine legitur : *opus benedictiss. concept. virg. mar. per venerand. et sacrar. litterar. doctissim. interpretem fratrem Ludov. a Turri de Verona ord. Minor. observantiæ devotissimè editum contra libellum invectivarum religiosi innominati turpiter de apostolico ordine imo de virginea innocentia obloquentis explicit. impress. Brixiæ per Boninum de Boninis de Ragusia et completum XVIII Augusti intra ejusdem immaculate virginis anno dom.* M. CCCC. LXXXVI.

Character gothicus. Opus terminatur cum signat. *q* 3. Præmittitur *epistola aucthoris pro compendii virginei honoris authoritate et defensionis innocentis conceptionis firmitate.* Hoc opus scripsit contra illud Bandelli negantis immaculatam virg. Mar. conceptionem ; et hinc principium divisionis inter Dominicanos et Franciscanos. Opus rarissimum.

15 Le livre du Roy Modus et de la Royne Ratio. *Imprimé à Chambery par Antoine Neyret, l'an de grace mil quatre cent octante et six, le XX jour de Octobre.* In-fol.

Deest signatura *b.* Habet figuras.

16 Leonardi Nogaroli tractatus decem de mundi æternitate. *Anno a natali xti die octoagesimo sexto supra millesim. pridie Kal. Februarias Henricus Librarius Vincentinus impressit.* In-fol.

Character est gothicus.



17 Publii Ovidii Nasonis opera omnia ex editione Boni Accursii Pisani. *Impress. Venetiis per Bernardin. de Novaria die 27 Novembris 1486, feliciter.* In-fol. m. r.

EDITIO ELEGANS, et completa.

18 Æneæ Silvii posteà Pii Papæ II, epistolæ in quadruplici ejus vitæ statu. *Impr. impensis Anthonii Koburger Nurembergæ 16 Kal. Augusti 1486.* In-4°.

19 Joan. Simonetæ res gestæ a Francisco Sfortia Mediolanens. ducè. *Antonius Zarotus impressit Mediolani nono Kalendas Octobres* M. CCCC LXXXVI. In-fol.

Præmittitur epistola Francisci Puteolani. Editio hæc minùs est elegans eâ quam Zarothus anno 1479 edidit; sed hoc exemplar singulari merito gaudet esse unicum in suo genere; exhibet enim veras effigies quatuor Sfortiæ gentis viros, eleganter depictas et depromptas ex originalibus, et adaptatæ sunt loco IV litterarum principalium.

20 S. Thomæ tertia pars. *Impr. Venetiis Bernardin. de Tridino* 1486, *die decimo mensis Aprilis.* In-fol. goth. m. r.

21 P. Virgilii Maronis opera cum comment. Servii Mauri Honorati. In pergamenâ. In-fol. vélin.

In fine legitur : *Venetiis impressa sunt per Antonium Bartholamei impressorum discipulum* M. CCCC. LXXXVI, *mense Octobris.* Incipit volumen cum *vitâ Maronis*, quæ occupat quatuor priora folia, et cum quinto *Bucolicæ.*

Post subscriptionem extat in fine folium exhibens indicem operum Virgilii in eo contentorum. Habet signaturas, et litteræ principales depictæ sunt. Nihil elegantius potest hoc volumine excogitari, in genere nitoris ac conservationis.

Libri sub anno 1487.

1 Philippi Beroaldi Bononiensis enarrationes in elegias Propertii editæ anno salutis 1486. *Impress. vero Bononiæ anno* 1487, *in commune a Benedicto Hectoris Librario et Platone de Benedictis impressore*. In-fol.

CHARACTER ELEGANS.

2 Joan. Boccacii genealogiæ Deorum libri XV. *Idem* de montibus, silvis, fontibus, lacubus, fluminibus, stagnis seu paludibus, etc. *Impressum Vincentiæ per Symonem de Gabis Papiensem anno sal.* 1487, *die* 20 *Decembris*. In-fol. m. r.

Folia numerantur 200.

3 Boetius de consolatione philosophiæ cum comment. D. Thomæ. *Impr. Lugduni Jo. Dupré die* 8 *Februarii*.

Boetius de disciplinâ scholarium cum comment. *Impr. Lugduni Jo. Dupré* 1487. In-fol. m. r.

4 Varia opera medica Joannicii Galieni et Hippocratis. In-fol.

Terminatur sic : *explicit Hypocratis jusjurandum in cujusdam sui libri principio inventum : et e græco in latinum conversum per Petrum Paulum Vergerium Venetiis per Baptistam de Tortis* 1487, *die vigesimo Augusti.* Constat foliis 211 numeratis ; et character gothicus est.

5 Tractatus de ymitatione Christi cum tractatulo de meditatione cordis. In-8°. m. r.

In fine legitur : *finiunt feliciter anno* M. CCCC. LXXXVII.

Editio Basileensis. Character gothicus. Folia non signantur, sed numerantur *CLXXXij.*

EXEMPLAR ELEGANS.

6 Speculum exemplorum ex diversis libris in unum laboriose collectum et primo ex dyalogo Gregorii Papæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *completum hoc speculum exemplorum in civitate Argentina anno dñi* 1487, *in die Sancti Adriani martyris gloriosi in Martio.* Ex charactere Gruningeri.

7 Libro chiamato transito de Sancto Hieronimo. *Impresso in Venetia per Annibale da Foxio da Parma adi primo del mese de Junio anno* M. CCCC. LXXXVII. In-4°.

Ex 72 foliis numeratis Romanâ methodo.

8 Passio Christi ex quatuor Evangelistis per devotum virum Petrum Kyerslack ord. Prædicat., cum tractatu de Planctu Mariæ. In-4°. m. r.

In fine legitur : *explicit collectura ex diversis doctoribus super passionem domini explicatam et descriptam per quatuor Evangelistas anno dñi* M. CCCC. LXXXVII. Folio verso subscriptionis incipit *tractatus brevis Sancti Bernardi de Planctu Mariæ* ; et terminatur *f III.* Character minutus est ; et pertinere videtur ad Schoyfferum aut Zellium.

De hac editione et auctore vide Freytag *apparat. litterar. Tomo primo, pag.* 473.

9 Dyalogus malogranatum. In-fol. m. r.

In fine legitur : *explicit dyalogus dictus malogranatum compilatus a quodam venerabili ab-*

bate monasterii aulæ regiæ in Bohemia ordinis Cysterciensis. anno dñi 1487.

Nota manuscripta habet : *auctor hic nomen habet Gallus et obiit anno* 1384. Character videtur pertinere ad Gruninger *Argent. Typograph.* Maittaire et nonnulli, hujus auctorem faciunt Gallum natione Germanum abbatem aulæ regiæ Cœnobii propè Pragam in Bohemiâ.

Alia antiquior recensetur apud Placidum Braun pag. 29, quam Eggesteinio Argentinensi adscribit.

10 Missale secundùm usum ordinis Cirterciensis. *Impr. Argentinæ (per Gruninger)* 1487, *pridie Nonas Septembris.* In pergamenâ. In-fol. m. r.

Operi præmittitur *epistola abbatis Cisterciensis* et in fine legitur subscriptio : in hoc *ad cathedram sti Petri Joan.* legitur solita oratio *ligandi atque solvendi pontificium tradidisti*, etc.

11 Missale ecclesiæ Spirensis. *Impr. anno* 1487. In-fol. m. r.

Præmittitur operi epistola una Ludovici Episcopi Spirensis ad universum ipsius Clerum data Spiræ die 14 Martii anni 1487, in quâ per-

multa observari possunt : 1°. raritas librorum ecclesiæ, ac eorum depravatio; 2°. mandatum ipsius de eorum correctione inter imprimendum; 3°. determinatio pretii illius missalis pro 15 Florenis Rheni. Epistola illa occupat folium primum; sequitur calendarium. Litteræ principales ligno incisæ sunt, cum quibusdam figuris quæ omnes auro et coloribus miniatæ sunt; litteræ autem sunt ex eo genere quod *formæ* appellant, ad modum *psalterii anni* 1457. Folia non signantur, sed numerantur et sunt *CCC XXVIII.*

12 Guillelmi de Okam quodlibeta ex emendatione Cornelii Oudendrick. *Impr. Paris. Petrus Rubeus impressor regius* 1487, *die penultimâ Februarii.* In-4°. m. r.

Jam ab hoc anno principes suos habebant Typographos.

13 Marii Philelphi equitis aurati et poetæ laureati epistolarium, edente Ludovico Mondello ordinis Minorum. *Impressum Mediolani per mag. Uldericum Seinzinzeller Allamanum anno dom.*

1487, *die XV Decembris.* In-4°.

14 Æneæ Silvii postea Pii Papæ II epistolæ et orationes in pontificatu scriptæ. In-fol.

In fine legitur: *has Pii secundi Pont. max. epistolas quam diligentissime castigatas Antonius Zarothus impressit opera et impendio Johan. Petri Novariensis anno dom.* M. CCCC. LXXXVII. *Octobris.* Omittitur dies menis.

Duo sequuntur folia quæ exhibent titulos epistolarum et registrum signaturarum. Character est elegans; et una est reimpressio editionis ejusd. Typographi *anni* 1473.

15 Victoria verbi dei volumen originale Ruperti Abbatis Tuiciensis sacræ paginæ professoris egregii, sacramenta Pentateucon cæterorumque veteris ac novœ legis librorum occulta in tredecim libros divisum. *Impressum per Anthon. Sorg civem Augustensem anno dom.* 1487. In-fol. veau fauve.

Character goth. Folia signantur et numerantu *C V.* Editio originalis libri singularis.

16 Liber decretorum Amedei ducis Sabaudiæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impr. Taurini anno salutis nostre* 1487, (*per Jacobinum Suigo.*)

In principio extat *epistola Jacobi suici inter litterarum impressores minimi data ex Taurino anno* 1487, *pridie Nonas Octobris.* Character gothicus. Folia signantur et numerantur LXXXXVI. De hoc vide Vernazza *della promulgatione de la stampa in Sardinia*; *impr. Cagliari.* In-8°.

17 M. Anton. Sabellici rerum Venetarum decades. *Venetiis per Andr. de Torresanis de Asula* 1487, 21 *Maii.* In-fol. m. v.

Habet signat., et custodes. Vide Debure N°. 5035. Epithoma librorum, et epistola Sabellici ad Marcum Barbadicum occupant septem priora folia.

18 Flavii Vegetii epitoma institutionum rei militaris ex commentar. Catonis Celsi, Trajani, Adriani et Frontini. *Impressum Romæ per Eucharium Silbert alias Franck anno dom. milles. qua-*

dring. octogesimo septimo die vero quarto Kal. Februarii.

Sequitur registrum.

Ælianus de instruendis aciebus ad div. Hadrianum a Theodoro Thessalonicense Latinum factum et Antonio Panormitæ Alphonsi regis præceptori dicatum præfatio. *Impressum Romæ per .... Eucharium Silbert alias Franck anno dom. millesimo quadring. octogesimo septimo, quinto decimo Kal. Martii.*

Sequitur registrum.

Sixti Julii Frontini viri consularis stratagematicon libri IV. *Impressum Romæ per. .... Eucharium Silbert alias Franck anno* M. CCCCLXXXVII. *die vero prima Junii.*

Sequitur registrum.

Æliani de instruendis aciebus opus, etc.

Idem est opus modò recensitum, quod bis in hac collectione occurrit.

Modesti libellus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Augustum. *Impressum Romæ per.......... Eucharium Silbert alias Franck anno domini* M. CCCC. LXXXVII, *septimo Idus Junii.* In-4°.

Ex sex tantùm plagulis. Hæc est prima editio scriptorum rei militaris in unum corpus redactorum, quibus præmisit *epistolam Sulpitius Verulanus ad Paulum de comite*, quæ occupat unam partem folii primi.

19 Petri Pauli Vergerii Justino Politani de ingenuis moribus et liberalibus studiis libellus. In-4°.

In fine legitur: *hoc opus impressit Mediolani Antonius Zarotus opera et impendio Johannis Legnani* M. CCCC. LXXXVII. *die XVIII Octobris.* Folia signantur, et eodem charactere usus est ac anno 1474, pro *Æsopi fabulis.* Editio elegans et penitùs ignota, ipsi Saxio.

20 Tractatus Joãnis Vidman dicti Meichinger de pustulis et morbo qui vulgato nomine *Mal de Franzos* appellatur, *editus anno Xp̄i* M. CCCC XXCVij. In-4°.

Constat octo foliis. Character verò pertinet ad gothicum, quo Eucharius Silbert Romæ hoc anno utebatur. Unus est e primis libris qui de lue Venereâ tractaverit. Editio penitùs ignota, etiam P. Audiffredy.

Libri

Libri sub anno 1488.

1 Commentum Alberti Magni ordínis Prædicatorum in libros phisicorum. *Impr. Venetiis per Joh. de Forlivio et Gregorium fratres, anno dom.* M.CCCC. LXXXVIII. *die Viij Januarii.* In-fol. goth.

2 L. Apulei opera cum Epistolâ Joan. Andr. Episcopi Aleriensis. *Impress. Vicentiæ per Henric. de sto Urso* 1488, *die nona Augusti.* In-fol.

3 Alexandri Aphrodisei problemata e Græco in Latin. traducta per Georgium Valla. Aristotelis problemata Theodoro Gaza interpretate; et Plutarchi problemata simul seriatimque mendatissima exceptis Plutarchi tribus ad summum quatuor locis, ubi Græcum exemplar mancum erat. *Impressum Venetiis per Ant. de Strata Cremonensem anno* 1488, *die Sabatti III Nonas Januarii.* In-fol. v. f.

4 Les Ethiques d'Aristote traduites de

Latin en François par le commandement du Roi Charles V, par Nicolas Oresme doyen de l'église de Notre-Dame de Rouen. *Imprimées à Paris le VIII jour de 7bre. mil CCCC. quatrevingt et huit, sur le pont Notre-Dame à l'image St. Jean l'Evangéliste.* In-fol.

Folia numerantur; cum litteris vulgò *bâtardes*. Vid. David Clément, Tom. 2 pag. 88.

5 Avieni Epigram. Arati phænomena Quinti Sereni medicinæ liber, et omnia metricè. *Venetiis Ant. de Strata* 1488, *octavo Kal. Novembris.* In-4°.

Hujus editor fuit victor Pisanus. Desinit cum signat. *P IIII.* EDITIO PRINCEPS.

6 M. T. Cicero de officiis cum comment. Petri Marsi (1488.) In-fol. v. f.

Paginæ integræ sunt 47 linearum, ultima 21.

7 S. Vincentii Ferrerii Valentinensis ord. Predicator. sermones de sanctis. *Mediolani Scinzenzeler* 1488, *die* 3a. *Martii.* In-4°.

Vide Saxium, ad hunc annum.

8 Formularium Florentinorum contractuum. *Florentiæ* 1488. In-fol.

Folia signantur et numerantur CLVI.

9 Glossa super psalmos Petri de Harentalis ord. Præmonstratensis. *Impr. in Reutlingen* 1488 ; *quo Romanorum rex Maximilianus captus tenebatur in Ponte Flandriæ. Deinde liberatus auxiliante dño nostro Jesu Cristo qui est benedictus in sæcula sæculorum.* In-fol. v. f.

Character gothicus, cum signaturis.

10 Homeri opera omnia Græcè, labore et industria Demetrii Cretensis, sumptibus Bernardi et Nerlii Tanaidis Nerilli Florentinorum. *Florentiæ* 1488. In-fol. Tomi duo. m. r.

Vide Debure N°. 2493. Exemplar elegantissimum.

EDITIO PRINCEPS.

11 La mer des histoires. In-fol. Tomi duo.

In fine primi legitur : *ce premier volume fust achevé à Paris par Pierre Lerouge imprimeur du*

Roi l'an mille iiii^c. iiii^xx. *et VIII. ou mois de Juillet.*

In fine verò secundi : *ce présent volume fust achevé ou mois de Février par maistre Pierre Lerouge, mil* CCCC XXXX^xx *et VIII.*

12 Nestoris Dionisii Novariensis opera Gramm. *Venetiis* 1488, 26 *Junii, per Guilelmum de tridino de Montefera.* In-fol. v. f.

EDITIO PRINCEPS.

Et antiquior eâ quæ N°. 2278, *Bibl. instruct.* habetur. Incipit aliquot versibus auctoris ad Lùdovicum Sfortiam, et folio secundo sequitur liber primus operis. Folia numerantur 184.

13 Sonetti i triumphi di Petrarcha col le annotationi di Francesco Philelpho e col commento di Bernardo da Monte Illicinio da Siena. *Impresso in Venesia pel pelegrino di Pasquali e domenico Berthoco da Bologna Compagni* 1488, *adi VIII di Aprile.* In-fol. vélin.

14 Roderici Sancii de Arevalo speculum vitæ humanæ. *Impressus Bisuncii anno dom. millesimo* CCCCLXXXViij. In-4°.

In eodem volumine, et ex eodem gothico charactere uniuntur :

Speculum artis bene moriendi.
Speculum anime pecatricis.
Speculum conversionis pecatorum.
Speculum Sacerdotum cum historiâ Udonis.

In fine *speculi conversionis pecatorum* legitur : *impssus Bisuntii anno dom.* M. CCCC LXXXVIII. Folia signantur, et quædam litteræ majores inciduntur. Fusè de hoc discurritur in *dissertation sur l'origine et les progrès de l'imprimerie en Franche-comté, imprimée à Dole en* 1784. In-8°.

15 Speculum humane vitæ der Menschen Spiegel. In-fol. v. br.

Cum figuris ligno incisis et miniatis.

In fine legitur : *Gedrucht in der Keyser Lichen stat Auspurg. von Peterberger..........* M. CCCC. LXXXViij. Ex CLI foliis sic numeratis, et cum signaturis. Editionem hanc ignorarunt Maittaire et Denis.

16 Commentaria sti Thomæ de Aquino super libros Aristotelis de animâ. *Pa-*

pie impressum per Martinum de Lavalle de Monferato anno Christi 1488, *die ultimâ mensis Septembris.* In-fol.

Sequitur ejusdem doctoris tractatus de unitate intellectûs contra commentatorem Averoim; ex 13 foliis.

In fine legitur: *Papie die Viiij Octobris.*

6 * Sebastiani Brant navis stultifera e vernaculo Germanico sermone in Latinum translata per Jacob. Locher cognomento Philomusum. In-4°. m. r.

In fine legitur: *finis Narragonicæ navis per Sebast. Brant*, etc....... *Impressum per Jacobum Zachoni de Romano anno domi* M. CCCC. LXXXVIII, *die XXViij mensis Junii.*

Accuratè describitur hæc editio apud Debure N°. 2921; sed multi post ipsum pro verâ ac certâ hujus anni 1488 notâ erroneè hanc existimarunt; ita ut denarius numerus debeat suppleri et scribi 1498; hoc constat evidenter.

In principio præmittitur epistola Jacobi Locher ad Sebastianum Brant *data Friburgi Kalendis Februarii anno* 1497; quæ epistola eadem est ac in editione Basileensi *anni* 1498.

Non ergò potuit emitti hæc epistola anno 1497 in uno libro anni 1488.

Aliundè hæc editio non est nisi imitatio editionis Basileensis Bergmanni de Olpe *anni* 1498, cùm iidem versus ad hunc de Olpe per Thomam Beccadellum ante subscriptionem in utrâque editione reperiantur. Originalis igitur ac prima non est editio Jacobi Zachoni, quin potiùs posterior est editioni Basileensi *anni* 1498, et hæc etiam prima non est: eam enim præcessit altera Argentinensis *anni* 1497. Videtur autem primam in linguâ Germanicâ prodiisse circa 1490, et secundam anno 1494. Brant natus est anno 1458. *Navem* hanc Germanicè scripsit, et posteà se ad ejus latinam translationem accinxit, hancque incepit; sed terminavit Jacobus Locher; hoc probant versus Sebastiani Brant ad *Jacobum Philomusum, subeundæ perfectionis Narragoniæ e Barbaria in Latiale solum*:

Nuper ego stultos vulgari carmine scripsi,
Est satis hic noster notus ubique labor, etc.

Legendum ergò 1498.

Libri sub anno 1489.

1 Albumasar de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus, ac eorum profectionibus, octo continens tractatus. *Erhardi Ratdolt viri solertis eximiâ industriâ, et mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc Augustæ Vindelicor. excellit nominatiss. pridie Kal. Aprilis* 1489. In-4°. m. r. cum figuris.

Huic unitur sequens:

Opusculum repertorii pronosticon in mutationes aeris tam via astrologica qm̃ metheorologica, uti sapientes experientia comperientes voluerunt utilissimè ordinatum.

In fine folio verso legitur: *repertorium de mutatione aeris finit.*

Ex eodem Ratdolt charactere imprimitur ac præcedens, et terminatur cum signaturâ *f.*

2 Aristotelis libri VIII politicorum et æconomicorum libri II. *Impr. Parisiis pro Durando Gerlier in vico Maturi-*

norum in intersignio de l'estrille faulx veau. Opera mag. Georgii Wolff anno sal. 1489, 14 *Calend. Februar.* In-4°.

Ex charactere Romano. Huic unitur sequens:

Plinius II Veronensis de viris illustribus, ex editione Lilii Tiphernatis, qui dicit in epistolâ præmissâ, *Angelus typhernas redeo ad Plinium qui cum a Germanis Romæ imprimendum postularetur corrigendi operis morem gessi.*

Hujus verus auctor est Aurelius Victor, non verò Plinius Junior.

Pagina prima constat 30 lineis, et ultima ex 17, et 22 foliis. Editio hæc Romæ videtur impressa circa annum 1474. Ex charactere Georg. Saschel. Caret signat., num. et custodibus. Hic veniit apud la Vallière 120 lib.

3 Petri Bruti Veneti Episcopi Catharensis victoria contra Judæos. *Vicentiæ Bevilaqua* 1489, *die tertio mensis Octobris.* In-fol. m. r.

Vide Maittaire et Pinelli, N°. 752.

4 Baptistæ Mantuani secunda partheni-

ces. *Impr. Bononiæ* 1489, *quinto Idus Februarii.* In-4°.

Ejusdem Carmina varia. *Impr. Bononiæ Plato de Benedictis* 1489, *XII Kal. Augusti.* In-4°.

Phalaridis Epistolæ ex versione Aretini (*nunc Phalaris doctum protulit ecce caput*, etc.) In-4°.

Ex charactere Eucharii Silbert Romæ. Sequitur registrum.

Boneti Delatis Hebræi Medici Provenzalis anuli per eum compositi super astrologiæ utilitates.

Sic terminatur :

Parce precor rudibus quæ sunt errata latino,
Lex hebrea mihi est : lingua latina minus.

Petri de Vicentia Episcopi Cæsenatis una cum petro Isvaglies Archiepiscopo Rhegino ad Papam Alexandrum VI relatio super falsis brevibus confectis per Bartholomeum Floridum tunc Archiepiscopum Cosentinum. *Impressum*

Romæ per Eucharium Silbert alias Franck Romæ in campo Flore 1497, *die IX Novembris.*

Leonelli de Chieregatis Episcopi Traguriensis Papæ referendarii sermo in publicatione confederationis inite inter Papam Innocentium VIII, et Venetorum Dominium habitus Romæ in ecclesia Sti Petri die 2ª. Februarii 1487.

Ex charactere Stephani Plannch Romæ.

Christophori Landini formulario di epistole vulgare. *Impressum Romæ per magistrum Stephanum Plannch* (*circa* 1490.)

Hæc omnia opuscula unita, sunt in-4°.

5 Decretorum codex seu concordantia discordantium canonum. *Impressus Venetiis, impensa Thomæ de Blavis de Alexandria*, 1489 *die VI Februarii.* In-4°.

Character gothicus.

6 Formularium Advocatorum et Procuratorum curiæ Romanæ et Parlamenti

Regii. *Impr. Basileæ* 1489, 4°. *Ydus Martii.* In-fol. veau fauve.

Character gothicus. Folia numerantur 117.

7 Aulu Gellii noctium Atticarum libri. *Impr. Venetiis Bernardin. de Choris de Cremona et Simon. de Luero* 1489, *die* 13 *Augusti.* In-fol.

8 Joan. Gerson. opera omnia. *Impr.* 1489. In-4°. Tom. tres.

In fine primi legitur : *anno Dominicæ nativit.* 1489, *mensis vero Decembris X Kal^r.*

In fine secundi legitur : *anno salutis* 1489, *quinto Nonas Augusti.*

Et in fine tertii : *finiunt opera Cancellarii Parisiensis doctoris Xtianissimi magistri Joh. de Gerson quæ ut frugem lectori uberrimam ferat emendatissima lima castigata fuere anno dñi* 1489, 12 *Kal. Novembris.*

Character Gothicus est. Folia signantur. Bina per paginam columna. Editionem hanc prodiisse Argentinæ affirmat Dupin in suâ *præfatione ad editionem, operum Gersonis a se curatam.*

9 Joan. Gerson de imitatione Xti libri

IV, et de contemptu omnium vanitatum mundi et de meditatione cordis. *Impr. Parisius ,p Higman Almanum in vico Clausi Brunelli ad intersignium leonum propè Scholas decretorum anno dn̄i millesi. quadring. octuagesimo nono, die verò decimâ octavâ Januarii.* In-8°. v. b.

Character quadratus; cum signaturis.

10 Legenda et miracula Sancti Goaris edita per Mandalbertum diaconum ad illustrem virum Marquardum abbatem Monasterii Prumie. In-4°. parvo, m. r.

In fine vitæ et actuum legitur: *impensis Johānis Gisen de Nasteden artium liberalium magistri legenda divi Goaris confessoris eximii est impressa Moguntie anno dn̄i* 1489.

Hujus subscriptionis folio verso incipit *oficium S. Goaris.* Character titulorum est ex eo genere quo *psalterium anni* 1459; textus verò ex eo minore, quo *scrutinium scripturarum anni* 1478 impressit Petrus Schoyffer. Constat 28 foliis signatis *a. b. c. d.* Raritatem operis probat ejus omissio in *Biblioth. Moguntinâ* Stephani Wurdtvein, et altum de eo apud bibliographos silentium.

11 Fratris Roberti Carazoli de licio ord. minor. Pontificis Aquinatis opus de laudibus Sanctorum. *Accuratissime per Georgium Wolff Parisiis in sole aureo vici Sorbonici impressum anno a natali Xtiano* M. CCCC. LXXXIX *quinto Calendas Februarias. Deo gratias.* In-4°.

Character gothicus ; cum signaturis, absque custodibus et numeris. Vide Crevenna pag. 156.

12 Mamotrectus seu liber totius bibliæ expositorius. *Impr. Argentinæ* 1489. In-fol.

Folia numerantur more Romano 142.

13 Missale Romanum. *Impr. Venetiis per Baptistam de Tortis* 1489, *die* 29 *Octobris.* In-4°.

In eo deest Calendarium ; sed in festo cathedræ legitur : *animas ligandi atque solvendi ;* et cantus Romanus imprimitur.

14 Johannis Nyder manuale confessorum. *Paris Joan. Bonhomme* 1489. goth. veau fauve.

Johannis Nyder de morali lepra. *Paris J. Bonhomme die* 30 *Julii.* In-4°. veau fauve.

Extant signaturæ in mediâ parte paginæ.

15 Francisci de Platea tractatus restitutionum. *Spire impressum finit feliciter anno dom.* 1489. In-fol.

Jacobus Wimphelingius epistolam præfixit ad Petrum Drack *datam ex Spira Kal Junii* 1489. Folia signantur ab *a* ad *q*.

16 Thomæ a Kempis de imitatione Xti et J. Gerson de meditatione cordis. *Lugduni Treschel* 1489, *die verò XI mensis Octobris.* In-4°. m. r.

Ex LXVI foliis sic numeratis.

17 Summa quæ Rosella casuum appellatur per Troamala edita. *Impr. per Anton. de Binetis et Fr. de Girardenghis* 1489, 15 *Aprilis.* In-4°. goth.

Folia numerantur et sunt 414.

18 Le livre de Valerius Maximus trans-

laté de Latin en François, par maistre Symon de Hesdin religieux des hospitaliers de St Jean de Jerusalem, qui poursuivit jusqu'au VIIme. livre, dela en avant jusque a la fin du livre par Nicolas de Gonesse par ordre de msgr. le Duc de Berry 1401. *Imprimé a Lyon sur le Rosne par maistre Mathieu Husz imprimeur de livres, demourant en la dicte ville de Lyon, l'an mil quatre cent quatrevingt et neuf, la vigile de St Jean-Baptiste.* In-fol. v. f.

Cum figuris ligno incisis et miniatis.

Libri

Libri ab anno 1490, ad annum 1500.

1 Tractatus Petri de Alliaco de potestate Papæ et auctoritate Cardinalium factus per eum in concilio Constantiensi post depositionem Joh. Papæ vicesimi tertii. In-4°. m. r.

Character gothicus; sub finem quinti decimi sæculi. Terminatur cum signaturâ *d iii.*

2 S. Anselmi meditationes ac S. Augustini. In-4°. m. r.

Character gothicus ; cum signaturis quarum ultima *b iii.*

3 Artis bene moriendi tractatus , cum tractatulo metrico Sti bernardi de meditatione mortis. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *c iiij.*

Tractatus qui stella Clericorum inscribitur. In-4°. goth.

Terminatur cum signaturâ *b iij.*

4 Augustini liber de vita Christiana. In-4°. m. r. goth.

Ultima pagina ex 10 lineis, et ex 15 foliis signatis.

5 Le livre de St Augustin de seul parler de l'ame à Dieu, (imprimé en lettres bâtardes.) In-12. m. violet.

Terminatur cum signaturâ *h*.

6 Hieronimi Balbi oratorisque celeberrimi epigrammatum opus. In-4°. m. r. goth.

Constat 21 foliis, et terminatur cum signaturâ *c iij*.

7 Libro chiamato ambizione composto per ser Bastiani Foresi, notaio Fiorentino al Lorenzo de Medici nel quale si dichiarono precepti d'agricoltura secundo la Georgica di Virgilio. (*in Firenze circa* 1490.) In-4°.

Finit cum signaturâ *m iii*, et incipit cum signaturâ *b* 1; et cum capitulo primo libri primi. Si deficiat ergò signatura *a*, videtur hanc excepisse tantùm prolegomena aut epistolam ad Laurentium de Medicis. Vide *Negri scrittori Fiorentini*. Hìc pro insigni raritate hujus poematis

adjicere existimavi observationem manuscriptam eruditi Salvini apud Florentinos: *il Ficino scriveva lettere a Bastiano Foresi.* In una del libro V°. *Lo chiama suo familiare et libro VI gli dice libens sume lyram laborum dulce lenimen. Ho veduto un frammento di libro interza rima con questo titolo. libro chiamato ambitione composto da Bastiano foresi notaio Fiorentino al magnifico Lorenzo, de medici nel quale si dichiarono precepti della agricultura secundo la georgica di Virgilio.* Notam hanc subministravit clarissimus Canonicus Bandini. Ex quibus verbis concludere licet Salvini in hac materiâ peritissimum non aliud vidisse exemplar præter hoc nostrum: de facto enim mentio non habetur alterius in variis catalogis. Defectus autem habetur tantùm in principio, quia in paginâ ultimâ libri IV *Georgicorum* legitur: *FINIS.*

Character elegans videtur pertinere ad Typographos Florentinos circa 1490. Extabat aliud exemplar apud abbatem de Rossi.

8 Beati Bernardi meditationes. In-4°.

Ex 12 foliis. Character gothicus, et minutus; cum signat. Paginæ ex 43 lineis, et ultima ex 38.

Beati Bernardi meditationes.

Ex 15 foliis, cum signaturis. Character gothicus. Pagina ultima ex 18 lineis, cæteræ verò ex 33.

9 Biblia sacra Latina. In-fol.

Terminatur cum columnâ tertiâ Apocalypsis sic: *veni dñe ihū gra dñi nri ihū xpi cum omnibus vobis amen.*

Character gothicus, cum signaturis; columnæ sunt 48 linearum: in principio ante indicem leguntur soliti versus:

Fontibus ex Græcis..................

.... *bene pressa manet.*

10 Fratris Bonvicini de Ripa Mediolanensis, de vita Scholastica poema Latinum. *Impress. Taurini.* In-4°. m. r. goth.

Habet signaturas et constat 16 foliis. Auctoris nomen colligitur ex duobus ultimis versibus.

11 La nef des fols du monde, premierement composée en aleman par maistre Sebastien Brant Brant docteur en droit. consecutivement d'aleman en latin ré-

digée par maistre Jacque Locher, reveue et ornée de plusieurs belles concordances par ledit Brant et de nouvel translatée de latin en francois et *imprimé à Paris*, *par Philippe Lenoir.* In-4°.

Character est gothicus, habet figuras; et ex 129 foliis.

12 La disciplina degli spirituali la quale compose fra domenico Chavalca Pisano dell ordine de Frati prædicatori In-4°.

Ex charactere Miscomini Florentiæ circa 1491. Terminatur cum signaturâ *m ij*, et pagina ultima ex 8 lineis.

13 Cebetis Thebani tabula; Basilii magni sermo; Plutarchi opusculum, et Xenophontis Jeron seu de tyrannide. In-8°.

Omnia græcè tantùm. Primum terminatur cum decimo quinto folio; secundum cum trigesimo primo; tertium cum quinquagesimo tertio, et quartum tandem cum septuagesimo tertio et ultimo folio, cujus pagina habet 23 lineas.

Folia signantur ab *alpha* ad *kappa*; post Maittaire, editionis hujus memoratur Pinelli in *prospetto di edizioni degli auctori classici*; sed nemo hanc videndo descripsit. Prodiisse videtur circa 1490, aut Venetiis aut Romæ apud Cagliergy.

Editio princeps ac rarissima. Aliquotiès compingitur unà cum *Esopo*. Ita est exemplar Magliabechianæ Florentiæ.

14 Fratris Cherubini Minorum ordinis ad Jacobum de Borgiannis spiritualis vite compendiosa regula.

Ejusdem vite matrimonialis regula brevis ad Jacobum de Borgiannis, etc. In-4°.

Absque notâ anni et loci; sed videtur Florentiæ impress. circa 1490. Character est elegans ac quadratus. Prima pars desinit cum signaturâ *e* 4, et altera folio recto desinit cum his verbis : *finis gratias deo et gloriose semper virgini marie*, et terminatur cum signaturâ *k* 4.

15 Liber qui dicitur corona Beatæ Virginis disposita in formam concionum. In-fol.

Character gothicus. Folia signantur et numerantur CLXXXVII.

16 Lexicon Græco-Latinum Joh. Carmelitani (*Crestonis*) Placentini cum præfatione Accursii ad Ant. Bracellum. In-4°. vélin.

Terminatur folio verso sic : *finis* Τέλος, et cum signat. *p* 2.

EXEMPLAR ELEGANS.

17 Manuelis Crysoloræ erotemata Græcè et Latinè.

Terminatur sic folio recto : *Chrysoloræ Manuelis erotimata feliciter finiunt* Τέλος. Columna una Græca est, altera Latina ; signatur ab *a* ad *e* 4. Columnæ habent 24 lineas.

Editio hæc Veneta aut Mediolanensis, prodiit circa 1490 ; extabat apud Pinelli N°. 7155.

18 Manuelis Crysoloræ erotemata, græcè tantùm. In-4°.

Folia signantur, constat 64 foliis. Paginæ habent 22 lineas. Editio hæc elegans videtur prodiisse Venetiis aut Romæ apud Zachariam Kaliergi, vergente ad finem quinto decimo sæculo. Extabat apud Pinelli N°. 7157.

19 Del arte del ben morire cioe in gratia

di dio compilato et composto da Cardinale di Fermo anno dom. 1452. In-4°.

Ex charactere Miscomini in Firenze circa 1491. Terminatur cum signaturâ *d iiij*. Ex 31 foliis.

20 Incomincia el prohemio della arte del ben morire cioe in gratia di dio compilato et composto per lo reverendo in christo padre msg^r. Cardinale di Fermo negli anni del nostro signore 1452.

Post 29 versus terminatur sic: *finito el libro del ben morire tucto Storiato, deo gratias.* Terminatur cum signaturâ *c* 3, cum multis figuris ligno incisis. Ex charactere Florentino circa 1490.

Predica dell arte del bene morire facta dal reverendo padre frate Hieronimo da Ferrara adi II di Novembre 1496, et raccolta da ser Lorenzo Violi dalla Viva voce del predecto padre mentre che predicava.

Terminatur sic folio verso: *Laus Deo*; cum signaturâ *c ij*; cum figuris.

La storia de dieci mila martyri crucifixi di Jesu christo de quali scrive sto Girolamo nel suo martilogio che Furono crucifixi adi 22 di Giugno: prologo del venerabile Anastasio armarista cioe Guardiano de libri della sedia apostolica (*ex* 8 *foliis.*) In-4°. cum figuris.

Tria hæc opuscula Florentiæ videntur impressa circa 1496.

21 Eberardi Bituricensis græcismus cum comment. Joan. Vincentii Metulini. In-fol.

Character est gothicus. Terminatur cum signaturâ ʒ 4. Circa 1490.

22 Bartholomæi Fatii opus de proprietatibus verborum et synonimis ad Joan. Jacobum. In-4°.

Huic adunantur nonnullæ Epistolæ familiares Ciceronis Latinæ et in Italianam versionem translatæ. Primum opus terminatur cum signaturâ *e ii*, et secundum caret signaturis. Character est rotondus.

23 Hore dive crucis per Joan. Fernan-

dum musicum regium. *Paris Baligaud.* In-4°.

Ex octo foliis signatis; sub finem quinti decimi sæculi.

24 Tractatus magistri Johannis de Gersonno Cancellarii Parisiensis de eruditione confessorum. Idem de probatione spirituum. Idem adversus observatores dierum tnq̄m infaustorum et presertim de die Innocentium. In-4°.

Primum opusculum constat 10 foliis; absque signaturis.

Secundum etiam ex 10 signatis *a*; et utrumque ex eodem charactere gothico cursivo. Paginæ habent 23 lineas.

Tertium verò gothicum dividitur in columnas binas; signatur, et quatuor tantùm plagulis constat.

25 Joan. Gerson de imitatione xti et de contemptu om̄m̄ vanitatum mundi. Idem de meditatione cordis. In-8°. m. r.

Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *O*.

26 De imitatione christi et contemptu mundi libri IV. In-8°. m. r.

Nemini tanquam auctori tribuitur. Nec Gersoni nec Thomæ. Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *p*. Habet 120 folia.

27 Giardino de oratione fructuoso. In-4°.

Terminatur octo versibus Italianis quorum ultimus sic : *questo po darni el ciel co grādi honori*; ultima verò signatura *m iiij.*

28 Roberti Guaguini epigrammata et ars metrificandi. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e iiij*. Fronti folii primi, apparent insignia Antonii Cayllaut Typographi Parisini.

29 Robert. Guaguin. de arte metrificandi cum ejusdem aliquot versibus aliisque quibusdam epigrammat. *Paris Ant. Cayllaut.* In-4°.

30 Henrici (*de Septimello*) poema contra fortunam. In-4°. m. r.

In fine folio verso sic terminatur : *explicit Henrici liber contra fortunam.*

Editio originalis. Constat 26 foliis signatis. Terminatur cum signaturâ *d iij.* Poema singulare, de quo, et ejus auctore vide editionem quam vulgavit cum auctoris vitâ Dominico Maria Manni *Florentiæ* 1730. In-4°. Numero sequenti habetur altera ejusdem poematis editio cum comment. pro litteratorum commodo.

31 Elegia Henrici (*de Septimello*) de adversitate fortunæ cum commento familiari et Guilelmi Ramesii Sagiensis non contemnendis correctionibus, etc. *Impress. Lugduni impensis Symonis Vincent. anno sal.* 1511, *die vero* 18 *Augusti.* In-4°. v. f.

32 Quadragesimale Discipuli (*Joan. Heroldt*) una cum Monotesseron Joan. Gerson. In-4°.

In fine columnæ tertiæ legitur : *explicit concordantia passionis quatuor evangelistarum* quam contexuit Gerson Cancellarius Parisiensis cujus subscriptio est monotesseron, sive unum ex quatuor; et columna hæc est 13 linearum. Character gothicus cum signaturis.

33 Hugonis primi Cardinalis ordinis Præ-

dicatorum tractatus qui speculum ecclesiæ inscribitur, et speculum sacerdotum volentium celebrare missam.

Petri de Alliaco tractatus de oratione dominicâ et salutatione Evangelicâ. In-4°. goth.

In fine legitur : *exarata vero per Anton. Cayllaut* (*Paris* circa 1495.)

34 Legendario del beato Galeoto Roberto da Rimino.

Legenda del beato Tomasuzio.

Legenda et vita dela beata Agnolela da Foligno.

Legenda de sto Lodovico re di Francia.

Legenda de sto Eleazaro.

Legenda de sta Elisabetha.

Legenda de sto Yvo.

Finis. *Stampato in Vicenza per maistro Rigo da sto Urso* (circa 1500.) In-4°.

35 Roberti de Litio prædicationes a primâ Dominicâ de adventu quotidie inclusivè usque ad quartam, et de festivitatibus a nativitate Domini usque

ad Epiphaniam cum nonnullis aliis suis prædicationibus.

Sub eodem signaturarum ordine sequitur :

Dominici Bollani artium et philõphiæ doctoris filii domini Candiani questio de conceptione glorios. virg. Mariæ. In-folio.

Terminatur his verbis capitali charactere : *Deo gratie infinite.*

Character gothicus ; terminatur cum signaturâ *h* 4.

36 La confession de Frere Lucas de Milan. In-4°. goth. m. r.

Paginæ habent 32 lineas et ultima 31, ex 10 foliis. Terminatur sic : *Amen. Finit feliciter.*

37 Le grand *vita christi* de Ludolphe le Chartreux traduit de Latin en François par Guillaume le Menand de l'Ordre de S. François et *imprimé à Paris pour Antoine Verard.* In-fol. Tomi duo, m. r. cum signaturis.

Folia numerantur. Prima editio ex versione Gallicâ.

38 La confession de Frere Olivier Maillard. In-4°. m. r.

Character gothicus, circa 1496; constat foliis 18, et terminatur cum signaturâ *c ij.*

Editio originalis ac infrequens, antiquior eâ quam Debure refert N°. 474, eadem forsan quæ apud la Vallière N°. 637.

39 Flagellum maleficorum editum per eximium sacræ theologiæ professorem magist. Petrum Mamoris natione Lemovicens. ecclesiæ beati Petri Xantoni almæ universitatis Pictavensis regentem egregium, tractatus de superstitiosis quibusdam casibus completus in alma universitate Coloniensi per egregium sacr. theologi. professorem magist. Henric. de Gorchen. In-4°. veau fauve; goth.

40 Tractatus Clarissimi philosophi et medici Matheoli Perusini de Memoria. Petrus Maufer. (*Paduæ*) *Rothomagensis Dyocesis*. In-4°.

Absque signaturis, character quadratus, et ex 6 foliis.

41 Musæi opusculum de Herone et Leandro quod et in Latinam linguam ad verbum translatum est edente Marco Musuro, et *Impress. Venetiis apud Aldum* (*circa* 1494.) In-4°. m. r. Græcè et Latinè.

Editio princeps et rarissima, quæ creditur primum tentamen Typographicum Aldi. Textus Græcus signatur *a*, et Latinus *b*, et perfectè conformis est descriptioni exhibitæ in *serie dell edizioni Aldine impress. in Pisa* 1790, *pag.* 257, aut editionis Patavinæ ejusdem anni pag. 150.

Caret custodibus et numeris, sed habet signaturas, et earum registrum. In principio textûs Græci sicut et Latini extant figurinæ quas *vignettes* appellant.

42 Cornelius Nepos (qui contra fidem veteris inscriptionis Plinius aut Suetonius appellatur) accuratius examinatus et emaculatus ac cum dominici Machanei commentariis disserentibus figuris insignitus. In-4°. m. r.

Talis est titulus. Character est Gothicus, et terminatur

terminatur cum signaturâ *g iij*; sub fine quinti decimi sæculi. Opus non est Cornelii Nepotis, sed Aurelii Victoris.

43 Libellus quatuor Novissimorum. *Impr.* (*Paris*) *Petrus Levet.* In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e iiij.*

44 Cy commence le histoire et pacience de Griselidis. (*Opus Franc. Petrarchæ.*) In-4°.

Folio recto terminatur his verbis: *cy finit Gresilidis.* Ex charactere quo Viennæ in Galliis utebatur Petrus Schenck. Habet signaturas et figuras, et constat 20 foliis.

45 Jo. Poggius Florentinus apostolicæ sedi devotus Fratri Hieronimo Savoranolæ spiritum Sanioris concilii (*hortatur.*) In-4°.

In fine legitur: *impressum Rome in campo Flore.*

In hoc opusculo originali et rarissimo Poggius aggreditur Savonarolam, suamque agendi rationem methodicè confutat; 1°. probat falsitatem ejus prophetiarum; 2°. ipsum fuisse legitimè ac justè excommunicatum; 3°. Hieroni-

mum egisse contra bonum publicum, contra charitatem, et contra obedientiam superioribus debitam; et tandem concludit ipsum fuisse infidelem, infamem, apostatam ac schismaticum.

Opusculum constat 14 foliis, fuitque Romæ in campo Floræ circa 1498 impressum. Opusculum rarissimum et P. Audiffredy ignotum.

46 Psalterium Græcum cum epistolâ Græcâ Justini Decadyi ad populares suos. *Impr. Venetiis Aldus.* In-4°.

Circa annum 1495 excusum vulgò existimatur. In ipso *catalogo Aldino manuscripto bibliothecæ regiæ* indicatur ab Aldo, absque eo quod designetur annus quo illud prælo commisit; sed cum hac tantùm notâ quod venale fuerit apud ipsum pro pretio quatuor Marcellorum, hoc est pro 20 solidis. Vide Zanetti *delle monete d'italia*, *Tom. IV pag.* 458.

Habet signaturas, registrum ac custodes, sed non numerantur folia. Litteræ principales ligno incisæ sunt, sicut et in principio cujuslibet psalmi viticulæ quæ gallicè *vignettes* appellantur, quarum usum primus excogitavit Aldus. Vide *serie dell edizioni Aldine ex editione Pisanâ pag.* 258, et Pinelli N°. 41.

47 Septem psalmi pænitentiales noviter metricè compilati. *Paris per Anton. de Nidel.* In-4°. goth.

Ex sex foliis.

48 Le quadragésimal spirituel qui traite de toutes sortes de viandes pour manger en carême, etc. *Paris Jean Jeannot imprimeur.* In-4°. m. r.

Terminatur cum signaturâ *f iij.*

49 Libro di Frate Hieronimo da Ferrara della verita della fide Christiana sopra el glorioso triompho della croce di christo libri IV. In-fol.

Editio elegans quæ terminatur cum signat. *l* 4. Huic præmittitur index manuscriptus operum omnium Hieronimi Savonarolæ.

50 Fratris Hieromini Savonarolæ Ferrariensis ordinis Prædicatorum de veritate propheticâ dialogus in libros VIII divisus. In-fol. m. r.

Terminatur sic: *Laus omnipotenti Deo. finis*, et sequitur folium erratorum. Terminatur cum *f iij.*

EDITIO ELEGANS ET ORIGINALIS.

51 Tractatus qui stella Clericorum inscribitur. In-4°. m. r. goth.

Ex 11 foliis, et septem versus terminant ultimum cum signaturâ *b ij*.

52 Le Viandier pour appareiller toutes mannieres de viandes que Taillevent Queulx du Roi notre Sire fist tant pour abiller et appareiller bouilly, rousty, poissons de mer et d'eaue douce, saulces, epices, et autres choses convenables. In-4°.

In fine legitur : *cy finit le livre de cuisine nommé Taillevant, lequel traite de plusieurs choses appartenans à la cuisine*; (circa 1490.)

Terminatur cum signaturâ *d iij*. Ex formâ characteris quo utebatur Schench Viennæ.

53 Confessionale Sancti Thomæ de Aquino. In-4°. goth.

Terminatur cum signaturâ *c iiij*.

54 Sancti Thomæ de Aquino confessio-

nale, seu libellus de modo confitendi, etc. In-4° m. r.

Ex 22 foliis, cum signaturis, gothicè.

55 Traité des eaues artificielles et les vertus et propriétés d'icelles prouffitans aux corps humains. In-4°. m. r.

In fine legitur : *ce présent traictier imprimé à Vienne par maître Pierre Schenck* ; cum figurâ unâ, et signaturis. Petrus Schenck imprimebat *l'abusé en court*, Viennæ Delphinatûs, anno 1484.

56 Joan. Viveti tractatus contra Dæmonum invocatores. In-4°. m. citron.

Terminatur cum signaturâ *e* v ; et ultima pagina habet 14 lineas.

57 Veteris Vigellii speculum stultorum. In-4°. m. r.

Talis est titulus folii primi signati *a* 1. Opus verò terminatur folio verso cum lineis 9, cum signaturâ *h iiij*, et cum 61 foliis.

Character est gothicus, circa 1480. Vide Debure N°. 3988. Vide suprà parte 1ª. pag. 208.

58 Jacobi de Voragine vitæ sanctorum. In-fol.

Character gothicus. Paginarum bina est columna, et cum signaturâ *r iiii* terminatur; constat 272 foliis.

2 * Sti Ambrosii vita per S. Paulinum. De officiis libri tres. Vita Sanctæ Agnetis. Passio sanctorum Vitalis et Agricolæ. Passio sanctorum Gervasii et Protasii. De eorum corporum inventione. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *m ij*. Folio sequenti ex eodem charactere incipit liber S. Ambrosii de obitu fratris sui Satyri sancti, cum libello de resurrectione et cruce domini et de bono mortis. *Feliciter explicit MLĩ. Impr. Uldricus Scinzenzeler* 1488, *die* 17 *Januarii*. Vide Saxium *catalog. libror. Mediol. editor. ad annum* 1488.

57 * Passio sive historia XI milium Vginũ. *Impressa Coloniæ*. In-4°. v. f.

Folio primo recto, post hunc titulum incisa apparet navis portum appetens. Ursulam ac socias palmâ martyrii a carnificibus donatas; et

folio verso incipit auctoris epistola, in quâ legitur hunc *se dicasse opus suum fratribus Præmonstratensis ordinis anno* 1183, *inspirante deo et piā ejus matre, quia illi fratres essent amatores undecim millium virginum ac veneratores.* Opus dividitur duas in partes: in primâ agitur de historiâ Sanctæ Ursulæ, et in secundâ de ejus passione.

Terminatur cum signat. *f iiij*, et cum figurâ Sanctæ Ursulæ ligno incisâ.

Uniuntur autem 1°. Passio sive historia X millium martyrum, ex tribus foliis, ejusdem characteris; et in fine legitur: *impressa Coloniæ supra antiquum forum.* 2°. Determinatio seu opinio Joh. Capet ordinis Min. super crucibus et aliis dominicæ passionis signis, modernis temporibus apparentibus in majori numero quam unquam fuerint; ex quatuor foliis.

De auctore et operâ vide Freytag *apparat. litter. Tom. primo, pag.* 204 *et sequentibus*, ubi præfatio hujus integra refertur, quæ verè singularis est ac ridicula.

29 * Le romant des trois pélérinaiges, le premier de l'homme durant qu'est en vie; le second de l'ame séparée du corps; le tiers est de notre Seigneur

Jesus en forme de monotesseron : par frere Guillaume de Guilleville en son vivant Moyne de Chaalis de l'Ordre de Cistaux : *ont ensemble à commun profit fait imprimer élégamment maistre Barthole et Jehan Petit.* In-4°. circa 1500.

In fine legitur :

Cy finist des Pelerinaiges
L'utile et notable romant,
En sentances et en langaiges
Tout gay, mignot et tout plaisant;
Et toutefois devotement
Traictant tout ce qu'est necessaire
A chacun pour son sauvement
Acquérir et pour à Dieu plaire.
A Dieu graces.
Clerevaux.

Hujus historiæ romanensis metricè scriptæ numerantur folia, quorum ultimum est 206.

Fuisset-ne Clarevallis impressum affirmare non auderem? de Guillelmo de Guilleville ejusque hac operâ, vide *catal. biblioth. Genev.* pag. 438.

Libri sub anno 1490.

1 Sancti Augustini sermones ad Heremitas. *Impress. Venetiis per Bernardin. Risum de Novaria anno dñi* 1490, *die* 10 *Augusti*. In-8°.

Folia arabicè numerantur 151; imperfectè refertur Maittaire Tom. 1°. pag. 517.

2 Philippi Beroaldi de felicitate opusculum. *Impressoriâ Caligulæ de Bazaleriis Bononiæ incude egregiis his caracteribus excussum anno salutis milles. quadring. nonages. quinto Calendis Aprilibus*. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e*.

3 Philippi Beroaldi de felicitate opusculum. *Impressoria Platonis de Benedictis incude egregiis his characteribus excussum anno salutis millesimo quadringentesimo nonages. quinto Calendis Aprilibus*. In-4°. m.

Terminatur cum signaturâ *D*, cùm igitur alterius editionis charactere totaliter discrepet.

Bina hæc editio die eâdem fuit Bononiæ impressa et eodem anno.

4 Bernardi a Breydenbach Decani ecclesiæ Moguntinæ peregrinationes in montem Sion et ad venerandum Christi sepulchrum in Jerusalem atque in montem Synai ad divam virginem et martyrem Chaterinam. In-fol. veau. cum fig.

In fine legitur : *per Petrum Drach civem Spirensem impressum anno salutis nostre* 1490, *die* 29 *Julii finit feliciter.* Editio secunda auctior *Moguntinâ.*

5 Dominico Cavalca da vico Pisano libro della patientia chiamato medicina di cuore. *Stampato in Firenze da Francesco Bonacorsi* 1490, *adi XII di Maggio.* In-4°.

6 Specchio di croce (da Cavalcha Pisano.) *Impr. in Firenze Francesco de Dino adi* 27 *di Marzo* 1490. In-4°. m. r.

7 Vite matrimonialis regula ad Jacob. de Borgiannis. In-4°.

In fine legitur : *impressum est hoc opus Flo-*

rentie ad honorem dei ejusq3 gloriose &c... die ultima septembris .1490.

Character Romanus. Terminatur cum signaturâ *k iiij*; sed incipit cum signat. *f j*, quia forsan compingebatur cum *regulâ vitæ spiritualis* ejusdem auctoris. Opus italicè scribitur.

8 Manuelis Crysoloræ erotemata græcè et latinè. *Impr. Vincentiæ per magistrum Leonardum de Basilea* M. CCCC. LXXXX. *die primo mensis Septembris.* In-4°.

Primum folium folio verso tantùm imprimitur, et exhibet orationem dominicam et salutationem angelicam. Columna una Græca est, et Latina altera; cum signaturâ *a* incipit et terminatur cum *f.*

9 Convivio di Dante Alighieri Fiorentino. *Impresso in Firenze per ser Francesco Bonaccorsi nel anno mille quatro cento novanta adi XX di Septembre.* In-4°. veau fauve.

Editio originalis. Vide Debure N°. 3339.

10 Epistolarum componendarum imita-

tiones puerorum ingeniis accomodatissimæ Lovanii, in gymnasio Lilii editæ ac emendatæ a Carolo Viruli. *Paris* 1490. In-4°. veau fauve.

Terminatur cum signaturâ *m iij.*

11 Questa si e una utilissima operetta a caduno fidel cristiano chiamato fiore de virtu la quale tratta de Tutti li vicii humani, etc. In-4°.

In fine folio verso extat figura una ligno incisa exhibens Carthusianum unum scribentem (videtur esse auctorem libri) in cujus parte superiori legitur: *silentium et in inferiori D $\bar{V}$ Nicolo*; et infra legitur subscriptio sequens: *Impresso in Venexia per Zan Ragazo da Pomale del* M. CCCC. LXXXX. *adi XXX Decembrio. Finis.*

Folio primo recto alia est figura ligno incisa. Quinque editiones decimo quinto sæculo recensentur catalogo Crevenna *Tom. primo pag.* 176 ab hac diversæ. In indice catalogi la Vallière liber tribuitur Tomaso Leoni: assertionis motivum ignoro; figura videtur indicare Nicolaum Carthusianum. Folia signantur, et litteræ majores ligno incisæ sunt.

12 Il libro chiamato fiore d'Italia. In-4°.

In fine legitur : *impresso ne lalma et inclita citade de Bologna per mi Ugo de Rugerii* 1490, *adi* 25 *de Octobre*. Character est gothicus.

13 Cantici e laudi di Jacobone da Todi. In-4°.

In fine legitur : *sono impresse queste laude per ser Francesco Bonaccorsi in Firenze adi ventiotto del mese di Septembre* 1490.

EDITIO PRINCEPS ET RARISSIMA. Videtur in hoc desiderare folium unum prologi.

14 Diogenes Laertius de vitâ et moribus philosophorum, ex versione Ambrosii Camaldulensis et cum epistolâ benedicti Brognoli. In-4°. veau fauve.

In fine legitur : *impressum fuit Venetiis impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis* 1490, *XV Kal. Januarii.*

15 Sermones Roberti de Licio de laudibus sanctorum. In-4°. m. r.

Volumen terminatur encomio horum Caraccioli sermonum, in cujus fine legitur : *impres-*

sum Antuerpie per Gerardū Leeu anno domini M. CCCC. *XC Kalendis Martiis.*
Character gothicus.

16 La passion de notre Seigneur Jesus-Christ. *Imprimé en* 1490, *le* 16 *d'Août.* In-fol. cum fig. m. r. lettres bâtardes.

Editio hæc planè diversa est a duabus ejusdem anni quas refert Debure N^is^. 3188 et 3189. Terminatur cum signaturâ *o iiij.*

17 Plinii secundi Epistolæ. *Romæ Silbert* 1490, *post diem* 14 *Calend. Aprilis.* In-4°. m. r.

Folio ultimo extant errata corrigenda, quod sequitur etiam registrum signaturarum; et operi præest *epistola Pomponii Læti.*

18 Joann. Joviani Pontani de principe et obedientia opus. In-4°.

In fine legitur: *finit feliciter impressum Neapoli per Maitham Moravum anno sal. domin.* M. CCCC. LXXXX. *die XXV Octobris.* Signatur ab *l* ad *m vj*, et deindè ab *a* ad *n iiij.*

EDITIO ORIGINALIS.

19 Joann. Joviani Pontani de principe et obedientiâ. *Moravus* 1490, *die* 25 *Octobris*. in membranis. In-4°. v.

Ex editione præcedenti; sed subscriptio litteris aureis imprimitur, sicut titulus folii primi et omnium capitum cum principalibus litteris. Opus splendidum.

20 Joann. Joviani Pontani de fortitudine opus. In-4°.

In fine legitur: *finit feliciter impressum Neapoli per Mathiam Moravum atque emendatum accuratissimè* M. CCCC. LXXXX *XV Septembris*.

Præmittitur folium unum erratorum corrigendorum, ubi legitur:

Emptor si quid habet vitj hic libellus
Pontani modo promptus Minerva
Moravi et modo pressus officina
Nil magnum nihil est quod extimescas.
Peccat nescio quid leve ac pusillum
Quod peccat tamen hac tibi in tabella
Monstrat: ne redibendus esse possit
Neu fidem illius Uspiam requiras.

Hujus libri mendæ sunt. Signatur ab *a* ad *k iiij*. EDITIO ORIGINALIS, et vix nota.

21 Scriptum Sancti Thomæ Aquinatis super tertio libro magistri sententiarum. *Impressum Venetiis ingenio et impensa Hermanni Liechtenstein Coloniensis anno* 1490, *die* 26 *Aprilis.* In-fol. goth.

Libri

Libri sub anno 1491.

1 Sancti Ambrosii epistolæ et opuscula. *Impr. Mediolani Anton. Zarotus* 1491, *in Calendis Februarii.* In-fol.

Absque numeris et custodibus, sed cum signaturis. De eo vide Saxii *biblioth. Mediolan.* ad ann. 1491, et Denis *supplementum ad Maittaire* N°. 2446.

Præest folium unum indicis, et aliud præfationis Stephani Dulcinii.

2 Sermoni devotissimi (18) di messer sto Agostino traducti di Latino in lingua Fiorentina emendatissimi per huomini docti. *Impr. cum singulari diligentia p. Franc. di Dino da Firenze, adi V di Giugno* 1493. In-4°.

Soliloquii di Sancto Augustino vulgari. *Impress. in Firenze adi X di Novembre* M. LXXXXI (1491.) In-4°.

Primum a nemine, quod sciam, recensetur. Catalogus Capponi pag. 7, et Maittaire, et post ipsos Païton *bibliotheca degli autori volgarisati*

Tom. primo pag. 13, referunt editionem unam Florentiæ apud Miscominum ejusdem anni. Nostra habet litteras principales, et terminatur cum signaturâ *g iij.*

Quoad secundum, Païton loco citato, pag. 28, post Orlandi illud refert; sed omisso uno denario numero et sic ad annum 1481. Maittaire et Denis editionem hanc ignorarunt.

3 Sancti Augustini opera varia, edente Severino Calcho, contra Academicos libri tres.

De vitâ beatâ liber I.
De ordine libri II.
Soliloquiorum libri II.
De immortalitate animæ I.
De grammaticâ I.
De rhetoricâ I.
De dialecticâ I.
De moribus ecclesiæ Catholicæ I.
De animæ quantitate I.
De libero arbitrio III.
Vita sancti Augustini ex ejus dictis I.
De magistro I.
De opere Monachorum I.

De bono perseverantiæ I.
De decem chordis I.
De communi vitâ Clericorum sermones II.
Speculum Christianæ perfectionis.
Vita Sancti Guarini.

Impressum Parmæ per Angelum Ugoletum civem Parmensem anno dom. 1491, *pridie Kal. Aprilis.* In-fol.

Absque numeris et custodibus, sed cum signaturis. Extabat apud Pinelli N°. 546.

4 Il monte sancto di Dio composto da messer Antonio (*Bettini*) da Siena reverendissimo veschovo di fuligno della congregatione de Poveri Jesuati. In-fol.

In fine legitur: *impresso nella inclita cipta di Fireze con somma diligentia per ser Lorenzo de Morgiani et Giovanni Thodesco da Maganza adi XX di Marzo* 1491.

Operi quatuor præeunt folia. Primum exhibet figuram montis ; tria verò altera prologum, indicem capitum et registrum ; et folio quinto ti-

tulus suprà relatus apparet. Folio quarto signaturæ *k*, alia occurit figura, et tertia folio primo verso signaturæ *m*. Nulla omninò est inter figuras discrepantia cum illis editionis *anni* 1477, nisi quod in hoc ultima æri, dùm in alterâ ligno incisæ fuerint.

Extabat apud Crevenna. Vide catalog. Tom. primum N°. 865. Deficit in hoc exemplari folium tredecimum quod exhibet capitula 16 et 17. Figura prima habet altitudinis sex pollices, cum sex lineis; latitudinis verò 4 pollices cum sex lineis. Secunda ejusdem altitudinis ac latitudinis sicut et tertia.

5 Biblia sacra Latina. In-8°.

In fine legitur :

Fontibus ex græcis, etc.............
.... *bene pressa manet.*

Explicita est biblia presens Basileæ summa lucubratione per Joann. Froben de Dammelburch anno nonagesimo primo supra millesimum quaterque centesimum, die verò vicesima septima Junii.

Character minutissimus est ac gothicus, cum signat. et litteris capitalibus auro et coloribus depictis. Prima hæc sunt biblia, ut arbitror, formæ in-8°.

Exemplar est singularis nitoris ac elegantiæ.

